Idyll in Theocrit

ARISTOPHANIS

NVBES

GRAECE ET LATINE

VNA CVM SCHOLIIS GRAECIS

EDIDIT

ET

ANIMADVERSIONIBVS

ILLVSTRAVIT

THEOPHILVS CHRISTOPHORVS
HARLES

LIPSIAE
SVMTV LIBRARIAE WEIDMANNIANAE
CIↃ DCCLXXXVIII

ILLVSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO

COMITI

DE REVICZKY

ORDINI REGIO SANCTI STEPHANI

ET

CVBICVLO AVGVSTISSIMI IMPERATORIS GERMANORVM PRAEFECTO ATQVE LEGATO AD REGEM BRITANNORVM A CAESARE MISSO ETC.

HANC NVBIVM ARISTOPH. EDITIONEM SACRAM ESSE IVBET

THEOPHILVS CHRISTOPHORVS HARLES.

Tantus est gentis TVAE *nobilissimae munerumque amplissimorum splendor,*

COMES ILLVSTRISSIME!

tanta nominis TVI *etiam in republica litteraria existimatio atque auctoritas, ut timidiusculus coner offerre* TIBI *exiguam hanc meae aduersus* TE *pietatis atque religionis tesseram. Neque ego id facere ausus essem, nisi* TV *pro ea, qua flores, singulari urbanitate atque comitate veniam mihi dedisses liberalissime. Iam vero catalogus ille egregiae rarissimisque libris, praecipue editionibus auctorum classicorum praeclarissimis, refertae bibliothecae* TVAE, *quae copia praestantiaque antiquiorum exemplarium plures superat publicas,*

blicas, paucas priuatas habet pares; quemlibet, qui bonas amat litteras, ad pudorem et admirationem incitabit nominisque TVI *venerationem: cumprimis is si cognorit,* TE *non tam ostentationis caussa comparare illum thesaurum, quam ad animi voluptatem, et* TE *uti illo intelligenter. Nominis igitur* TVI *ac meritorum magnitudo quanquam potuerat me impellere ad publicam obseruantiae atque reuerentiae testificationem, meamque, si quis vituperet, audaciam excusare: mihi tamen plures sunt caussae communis pietatis atque religionis, qua motus, hunc libellum nomini* TVO *Excellentissimo dicando consecrandoque pignus quoddam pii gratique animi tradere* TIBI *sustineam. Namque non modo quum*

Bero-

Berolini officio Legati Caesarei amplissimo fungereris; sed etiam, quum Londinum pari ornatus dignitate missus esses a Caesare Augustissimo, et per litteras, excelsi animi TVI *testes locupletes, et egregiis, quibus me beasti, donis litterariis, insignem humanitatem, liberalitatem munificentiamque abunde mihi demonstrasti. Quopropter mentem pro tot tantisque muneribus et praeclara erga me lenitate gratissimam atque pietatem aduersus* TE, *qua cedo nulli, palam* TIBI *aliisque declarare, eo minus dubitaui, quo rariora sunt maioraque merita* TVA *atque benignitatis ac liberalitatis monumenta. Ne igitur memet ipse animi adcusem ingrati, hanc opellam cum significatione omnis pietatis atque obseruantiae nomi-*

 ni

ni TVO *Excellentissimo inscriptam sacramque esse iubeo.*

TV *vero*, COMES ILLVSTRISSIME! *accipe hunc librum, voluntatis gratae testem, ea, qua soles, beneuolentia atque serenitate vultus*, TVO*que fauori et patrocinio in posterum habeas quaeso me commendatissimum. Scrib. Erlangae d.* x *Martii.* CIↃ IↃCCLXXXVIII.

PRAEFATIO.

Aristophanis comoediae quoniam ab elegantia omnino attica, venustate atque lepore sunt commendabiles, sale attico largissime conditae, omnisque aetatis tulerunt plausum; praeter ea ad noscendos Atticorum veterum mores, et ad amplificandam adcuratam antiquitatis non minus quam totius reipublicae atticae scientiam efficaces sunt et plenissimae *): pluribus abhinc annis de noua illarum editione paranda cogitaram. Quae vt et facilius emi et tractari posset, et tamen subsidia ad fabulas Comici recte commodeque intelligendas haberet necessaria; ita in labore illo perficiendo versaturus eram, vt Bergleri recensionem potissimum sequerer, latinam illius retinerem interpretationem, et graeca scholia ex Kusteriano repetenda curarem exemplo. Hoc enim in tabernis librariis vix adhuc aut rarius inuenitur; et tamen scholia ad Comicum nostrum, ex antiquioribus bonisque commentariis excerpta, admodum vtilia videntur viris eruditis. Nam in iis licet multa sordeant vt squalida nimisque trita, nugisque recentiorum mixta; multa tamen nitent, nec pauca reperiuntur, quae aditum aperiant ad facilem rectumque orationis sensum indagandum atque expromendum, ad pleniorem antiquitatis historiaeque graecae cognitionem, et quae ad notitiam multarum litteraturae graecae elegantioris particularum, quae in illis tamquam fragmenta e naufragio ope grammaticorum seruatae sunt et vero ad ipsius contextus emen-

 datio-

*) conf. *I. Floderi* diss. explicantem antiquitates Aristophaneas. Vpsalae 1768. et *Io. Gottl. Willamovi* libellum de Ethopoeia comica Aristophanis. Berolini 1766. 8.

dationem *) faciant. In animo igitur erat, antiquissimas et meliores editiones, de quibus paullo post erit sermo, comparare, (atque in comoedia *Plutus* inscripta plurimas ad verbum fere contenderam, ut historiam editionum criticam mihi concinnarem,) ex illis aeque ac codicibus MSS. potiores enotare lectiones varias, atque suspiciones aut correctiones editorum superiorum aliorumque virorum doctorum adiicere. In primis, qui quidem labor fuit admodum molestus, emendandorum scholiorum rationem habere volui. Nam et aliorum exemplo, et vsu didiceram, exceptis ad *Plutum* scholiis, diligentia et acumine *Hemsterhusii* singulari emendatis, scholiisque ad *Nubes*, quae sollertia *Ernesti* maximam partem percensuerat, superesse permulta, quae male mixta corruptave atque luxata grauiterque vulnerata sint, ac quouis modo medela egeant critica, non minus quam face historica. In Küsteriano exemplo scholia saepe deprehendi esse admodum negligenter exscripta, et interdum vnum pluraque vocabula incuria siue editoris siue typothetae omissa. Adhuc vitiosius scholia ad *Nubes* expressa sunt inscitia operarum et tarditate aut negligentia hominis, correctoris munere functi, in exemplo Ernestino. Atqui *Ernesti* quanquam in aurea praefatione ad Nubes Aristophanis permulta scholiorum loca acute emendarat, rectius discreuerat et docte explicuerat; haud pauca tamen emendanda reliquit diligentiae atque sedulitati aliorum. In scholiis vero ad reliquas comoedias multo plura restant, quae siue comparando cum prioribus exemplaribus, prae- [illegible] feru-

*) v. *Ernesti* Praef. ad Aristoph. Nubes, Lipsiae 1753. 8. p. V sqq. *I. Mart. Chladenii*, Theologi quondam Erlang. cel. Comment. de praestantia et vsu scholiorum graecorum, quae exstant in poëtas sigillatim, in emendatione ac interpretatione poetarum, in illius *Opuscul. academ.* Vol. I. Lips. 1741. 8. p. 7 sqq. et Cel. *Beckii* Prolusio de ratione, qua Scholiastae poetarum graecorum veteres, in primis Homeri, ad sensum elegantiae et venustatis acuendum, adhiberi recte possint. Lipsiae 1785. 4.

fertim Aldinos, et cum aliis veteribus grammaticis, enarratoribus ac lexicographis, siue codicum, ingenii aut doctrinae ope emendanda sint aut restituenda. Nam Küsterus exemplar Porti recudendum dedisse videtur typothetis; nec vbiuis Aldinum diligenter inspexisse atque contulisse. Quo factum esse intelligo, vt praeter alia vitia haud correcta in Porti et Küsteri exemplis scholia ad verss. 1326. et 1331. Nub. deessent, quae reuocaui ex editionibus antiquioribus.

Passim quidem viri eruditi siue in adnotationibus ad veteres auctores, siue per aliam occasionem haud paucis scholiastarum nostrorum locis vitiosis aut obscuris manum adhibuerunt medicam vel lucem accenderunt: attamen nondum omnia sunt feliciter curata aut recte illustrata. Inprimis vbiuis fere consulendus est Suidas, qui multa debet nostris enarratoribus, aut ex communibus hausit fontibus: quamquam admodum probabile esse videtur, Suidam antiquioribus et elegantioribus vsum esse scholiis, quam quae nunc habemus: id quod etiam obseruauit Toupius Emendatt. in Suidam tom. III. p. 231. ed. Londin. Quare vt melior lectio interdum e Suida est reddenda scholiastis nostris; ita ex his ille haud raro potest corrigi. Enimuero, Küsterianam Suidae editionem multis scatere mendis, saltem non satis curiose ac diligenter esse pertractatam, et principem editionem a Küstero fere neglectam nec adcurate excussam, qua equidem carui, aliquoties intellexisse mihi visus sum. Atque cum exemplaria Küsteriana rarescere incipiant, noua Suidae editio e principe editione aliisque subsidiis emendatior pleniorque omnino est optanda. Insuper cetera ad graecos auctores, maxime egregia ad Apollonii Rhodii Argonautica veterum scholia, e quibus critici antiquiores ad Aristophanem saepius corrigi sibique restitui possunt, vt iam Ernesti sagaciter eruditeque animaduertit, et exempla memorabilia vide ad v. 397. pag. 308. atque v. 1064. p. 371., consuli debent et comparari.

Quae

Quae res quam plena sit taedii, quantum studii, temporis et patientiae requirat, facile erit ad perspiciendum. Atqui ego, qui comoediam Pluti integram, et magnam Nubium partem pertractassem, ad reliquas vero haud pauca collegissem e Grammaticis quibusdam veteribus et animaduersionibus virorum doctorum hinc inde factis; id bene sensi et multum absorpsi molestiae pulverisque. Impeditus vero saepius et distractus aliis laboribus; et quod principem Suidae editionem, nec non antiquas aliquot Aristophanis editiones, et quaedam alia, quibus carui, opera admodum necessaria esse mihi videbam, rem interdum distuleram, nec quando negotium absoluerem, definire potueram. Quare ne b. *Reichii*, viri optimi, de tarditate tamen laboris aliquoties nec immerito conquerentis, patientia abuterer; nec tamen omnem operam tempusque viderer perdidisse; reliquis omissis fabulis, *Nubes* tantum cum interpretatione latina *Bergleri* et scholiis graecis, euulgare constitui mecum, obseruationibus meis, paullo quidem vberioribus, quam, si omnes edidissem comoedias, factum fuisset, tum ad ipsa poetae verba tum ad scholia additis. Prouinciam igitur nouae omnium comoediarum et scholiorum editionis curandae relinquam viro docto, qui viribus corporis et animi ingeniique valet, et maiori abundat otio, ad tot editiones curatius contendendas, quam a superioribus factum esse intellexi editoribus, ad scholia cum primis integritati suae restituenda, et permulta vulnera tam rite tractanda quam bene curanda, ad integrum opus pari ardore, sedulitate ac felicitate perficiendum atque profligandum.

Vt vero, quantum par est, doceam, quomodo in labore hoc incepto decurrendo versatus sim, de subsidiis, quibus vti mihi licuit, et de conditione, fide et auctoritate editionum pauca differam. Cel. et humanissimus *Matthaei*, qui in praesenti scholam Misenensem moderatur et ornat, quum adhuc in vniuersitate et Gymnasio

Mosco-

Moscouiensi litteras bonas profiteretur, miserat mihi varias comoediae *Plutus* inscriptae lectiones e codice Moscouiensi excerptas, de quibus tamen in praesenti sermo esse non potest. *Steigenbergerus*, superiore anno vita decedens, potestate a Serenissimo Electore Bauarico et Palatino impetrata, permiserat mihi codicem in forma maxima, quem *Bauaricum* nuncupaui, nitidum, recentioris quidem aetatis; at de bono et antiquo codice descriptum, qui continet *Plutum, Nubes, Ranas* et *Concionatrices*. Hunc codicem, praesertim a *Nubibus*, me rogante, diligenter contulit cum exemplo Bergleriano, et varietatem tam distinctionis, quam lectionis notauit *Ammonius* meus, iuuenis excelsi ingenii animique, qui viris eruditis diligentiam, eruditionem et singulare litterarum graecarum studium abunde probauit. Versuum distinctio et a metri legibus et a consuetudine aliorum exemplarium frequenter aberrat; quod quidem vbiuis significare, superuacaneum mihi videbatur. Nouas quidem nec ex aliis codicibus MSS. iam prolatas lectiones, quantum memini, haud praebet; at eo frequentius confirmat auctoritatem optimorum codicum, quos *Küsterus*, praecipue celeb. *Brunck* consuluerunt: quamquam falsarum et a criticis diu damnatarum lectionum seges haud deest.

Tum *Trendelinburg*, V. Cl. et de Gymnasio Gedanensi optime meritus, liberalissime misit mihi varias, quas e codice *Elbingensi* descripserat, lectiones: quam insignem humanitatem gratus agnosco palamque praedico. Quod enim sciueram, virum illum doctissimum in Noua bibliotheca philologica et critica, Vol. I. fascic. I. (Gottingae 1780. 8.) vbi pag. 25. de praestantia codicis, qui tres comoedias, *Plutum, Nubes* et *Ranas* continet, docte plenèque disseruit, euulgasse lectiones in *Aristophanis Pluto* varias ex illo codice erutas: per celeberrimum mihique amicissimum *Lengnichium*, apud Dantiscanos sacra administrantem, rogaui illum, vt reliquas mecum communicaret: nec ille pro ea, qua floret, comitate atque

See F. Hütner, Grundriss, p. 134.

urbanitate defuit precibus meis. Ex codd. igitur *Bauldwina* et *Elbingensi*, qui quidem bonitate praestat priori, nec pauca habet peculiaria, haustas lectiones varias adposui et immiscui iis, quas e *Küsteri* et *Brunckii* exemplaribus sumsi mutuas. Illorum auctoritate fideque motus, haud raro seposui meliores, vulgata tamen lectione et ceterarum farragine in infimo margine adnotata. Ne vero, quae in codd. Baumiano atque Elbingensi in *Ranis* discrepant a vulgatis, interirent, saltem vt futuro vsui aut aliorum iudicio atque examini seruarentur, adieci ea calci libro, pluribus id ementibus minus molestum fore arbitratus. Editionem Aldinam integram, reliquas, quas ad manus habui, maximam partem, praecipue locis in hac comoedia dubiis, corruptis aut quouis modo suspectis, consului, et, vbi differunt a se met inuicem aut a codicibus, sedulo indicaui.

Multas quidem habemus comoediarum *Aristoph.* editiones, sed admodum paucas nouas recensiones. Primum igitur generatim de praecipuis earum classibus, tum de singulis, quas tractaui, aut quarum notitiam accepi, pauca agam. Agmen ducit editio princeps *Aldina*. Quaedam mutata nec raro vitiata, scholia vero auctiora comparuerunt in edit. *Florentina* 1525. Modo hanc, modo illam vel simpliciter et κατα ποδα expresserunt reliquae, etiam errata propagarunt typographica, vel ex alterautra, quod editoribus visum fuerit melius, sumtum est. *Küsterus* demum codd. vsus meliorem editionem e MSS. restituendam susceperat: at non perfecit; denique celeb. *Brunck* nouam plane dedit recensionem. Id singulas percensendo editiones curatius ostendam.

Αριστοφανους Κωμωδιαι εννεα. *Aristophanis comoediae nouem*: *Plutus*, *Nebulae*, *Ranae*, *Equites*, *Acharnes*, *Vespae*, *Aues*, *Pax*, *Contionantes*. — In calce: *Venetiis apud Aldum M. ID. Idib. Quintilis*. graece, in fol. — Lysistraten ideo se praetermisisse scribit, in epistola dedicatoria ad *Danielem Clarium*, Parmensem, qui

qui Ragusii graece et latine docuit, publico conducto stipendio, quia vix dimidiata haberi potuerit. *Marcus Musurus*, *Cretensis*, praefuit huic editioni; at in praefatione graece scripta admodum pauca de Aristophane suaque opera; nihil de subsidiis, quibus adiutus ad curandum Aristophanem, et scholia partim congerenda, partim restituenda accesserit, eo plura de Manutii liberalitate et meritis, disseruit: sua tamen solertia atque diligentia effecit, vt haec editio, iudice idoneo acutoque *Hemsterhusio*, (praef. ad Aristoph. Plut. p. XVII.) vt tempore, sic fide et accuratione ceteras antecederet.

Iuntina, A. 1515. Aldinae vestigiis adcurate institit, observante *Hemsterhusio* ad Arist. Plut. V. 316. Illam vero ad manus non habui, nec, iudicio Hemsterhusii motus, valde curaueram illam, nec sollicite quaesiueram. At tamen interdum in hac editione meliorem receptam fuisse lectionem, postea cognoui ex cel. *Brunckii* notis, e. g. ad Aues v. 658. p. 164. ad *Ranas*, v. 827. p. 188. Aliter res se habet in *altera Iuntina*.

Ἀριστοφάνους Κωμῳδίαι ἐννέα. Μετὰ σχολίων etc — — *Aristophanis comoediae nouem cum commentariis antiquis et valde vtilibus ad ea, quae prius excusa fuerant, additis indiceque copiosissimo omnium, quae animaduertere oportet. Plutus, Nebulae — — Concionantes*. graece in 4. — In calce: *Florentiae per haeredes Philippi Iuntae anno salutis M. D. XXV. mense Februario.*

Antonius Francinus, Varchiensis, qui praefatus est, de sua et *Arsenii Cretensis* Archiepiscopi Monembasiae opera, et de restitutis sexaginta versibus multum gloriatus, omisit tamen duas fabulas Lysistratae et Cereris sacra celebrantium feminarum, decennio iam ante, a. 1515. in 4. per *Bernardum Iuntam*, Florentiae separatim vulgatas. Is vero in textu constituendo ita versatus est, vt recentioribus peiorisque notae libris obsequutus, ab Aldino exemplari haud raro discederet, et, iudice *Hemsterhusio*,

husio, deteriorem lectionem supponeret natiuae; (conf. criticum illum acutissimum ad Plut. v. 499. pag. 142. v. 640. p. 214.) scholia vero nouis accessionibus ditaret, quae tamen praestantia, doctrina vtilitateque iis, quae Aldus dederat, multum ceduñt, et aetatem intereuntium litterarum graecarum atque ineptum obtusumque seriorum grammaticorum ingenium manifeste declarant. Verum quia interdum faciunt ad meliorem orationis linguaeque graecae intelligentiam, cum Küstero asteriscis ab Aldinis discernere illas, quam plane rescindere malui. Quod *Hemsterhusius* in Corrigendis ad Aristoph. Plutum, p. 480. crebrius memorat editiones *Florentinas, alteram per Philippum Iuntam impressam* a. 1515. *alteram per Benedictum Iuntam* 1540., id non satis intelligo. Nam editio A. 1515. prodiit ex *officina Philippi Iuntae, cura Bernardi Iuntae*; alteram excuderunt 1525. *Philippi Iuntae haeredes*; tertiam igitur a. 1540. a solo Hemsterhusio laudatam, neque a Maittario, neque a Brunckio, neque ab alio citatam reperi. Interim nolo fidem abnegare Hemsterhusio, qui eam illam commemoranti.

De binis sequentibus a *Maittario* in Annal. typogr. T. II. part. 2. pag. 707. memoratis, quod illis carui, iudicare nequeo:

Aristophanis comoediae nouem graece; sumtibus Aegydii Gormontii, studio Io. Cheradami, labore et industria Petri Vidouaei. Lutetiae, 1528. 4.

Aristophanis Nubes ac Plutus, graece, Phil. Melanchthonis scholiis breuissimis adnotatae, per I. Setzerium. Hagen. 1528. 4.

Sequuta est satis celebris, emendata et nitida eademque plenior editio, quae vero libris rarioribus hodie adnumerari solet:

Ἀριστοφάνους εὐτραπελωτάτου Κωμῳδίαι ἕνδεκα. *Aristophanis facetissimi comoediae vndecim. Plutus, Nebulae — — Concionantes, Cereris sacra celebrantes,*

tes, Lysistrate. Basil. apud A. Cratandrum et Ioannem Bebelium, a. CIϽ IϽXXXII. 4.

Cratander in praefatiuncula de suo labore nil adfert, praeter id, se duas in calce adiunxisse comoedias: (quas Florentiae primum 1515. lucem adspexisse iam vidimus.) *Simon* vero *Grynaeus* in epistola ad iuuenes studiosos de ratione tantum comoediarum nostrarum earumque in scholis vsu recto scite disputat. Basin tamen fecit Cratander Aldinam, aut, quod quidem tantummodo suspicor, quia interdum fecit discessionem et Wechelianam habuit sequacem, potius Parisinam, qua tamen carui, a. 1528. vide Plutum vv. 582. 640. 754. et multis aliis. sic quoque Nub. v. 1417 τίη δή; deest in Aldina, Cratandr. Wechel. Farreana et Brubachiana; ex altera Iuntina manauit in reliquas editiones. Interdum tamen vel ipse vel operarii tarditas discessit ab Aldino exemplo: e. g. in Nub. v. 323. Ald. dederat ἤσυχα ταύτας, quod e codd. Bauar. atque Elbing. cum Brunckio debueram restituere, pro ἤσυχ' αὐτὰς, quod ex Iuntina editione fluxit in reliquas. V. 816. legitur Οὐλύμπιον in editt. Ald. Iunt. Basil. Port. contra ὀλύμπιον in Cratandr. et reliquis. V. 1314. Ald. vnice habet αὐτὸν, quod vocabulum reliquae, quas consului, editiones omittunt, celeb. vero Brunck, omissa Aldini exemplaris mentione, e tribus restituit codd. In eadem fabula v. 1307. e Cratandr. editione ἱερωστὴς venit in Farreanam, Wechel. Frischlin. Porti et recentiores: contra ἱεροσθεὶς praebent editiones Aldina, Florent. Brubach., quod ego cum Brunckio, consentientibus codd. Bauarico et quatuor aliis, rescripsi. Versu 1497. τί δ' ἄλλο habent edd. Ald. Iunt. Brubach. et sic Küster in notis e MS. Vatic. rescribendum censuit et ego cum Brunckio reddidi. At illud δ' omissum est in Cratandr. Farreana, Frischl. Wech. Porti, Rapheling. et reliquis. At editio Cratandrina, etiam vbi operae errauerint, plurium, quae insequutae sunt, editionum basis facta fuisse videtur.

 Bar-

Bartholomaei Zanetti edit. *Venet.* 1538. in 8. non vidi. Illum tamen interpolasse poëtam, notat *Brunck* ad Thesmophoriaz. v. 24. p. 82. Fracini autem errores vitat, v. *eundem* ad Aues v. 177. et 204 etc.

Ἀριστοφάνους — *Aristophanis facetissimi comoedia Nebulae.* Paris apud Christianum Wechelum, 1540. 4. (Singulae enim comoediae peculiarem habent inscriptionem; at numerorum, quibus paginae signantur, series haud interrumpitur, v. *Maittaire* A. T. tom. III. p. 317. not.) Ducta est haec editio e Cratandrina aut Parisina, a. 1528., vt Wechel ipse fatetur, et ego vsu didici.

Ἀριστοφάνους — *Aristophanis facetissimi comoediae vndecim, Venetiis* 1542. 8. In calce: *Venetiis apud Ioannem Farreum, et fratres, anno a partu Virginis* 1542.

Celebris haec est aut famosa editio, quam *Bergler* miris extulit laudibus et instar MS. fuisse sibi scripsit: contra *Hemsterhusius* in praefatione ad Aristoph. Plutum pag. XXII. contendit prorsus in vestigiis consistere Cratandr. — At vtrumque virum doctissimum nimium indulsisse opinioni suae animaduerti. Comparando enim perspexi, eum, qui praeesset operis Farreanis, vt plurimum quidem sequutum esse Cratandrinum exemplar, id quod vel ex exemplis paullo ante adlatis iam intelligi poterit; at interdum tamen deseruisse illud; e. g. in Pluto v. 43. Farreana habet ἐμαυτῷ, vt Iuntina editio; contra ἐμαυτὸν, Ald. et Cratandr. ibid. v. 137. Farreana διὰ τὸ μικρὸν ἀργυρίδιον; at Cratandr. διὰ μικρὸν ἀργυρ. et sic aliquoties. Quare aliud potius exemplar, quam Cratandrinum, vnice reddidisse videtur editor: atque *Brunck* ad Aues v. 177. adseuerat, Farreum descripsisse Barthol. Zanetti editionem. B. vero *Ernesti* in fronte exempli sui, quod ex sectione illius bibliothecae accepi, haec scripserat: „vide de hac editione Hemsterhusii praef. ad Plutum, qui nimis deprimit et meram

ram Cratandr. repetitionem vocat, quod non est omnino verum. Sunt enim in ea lectiones bonae, quae non sunt in Cratandr. — Lysistr. 94. habet μύσιδί τω, vt vult Hemsterh. ad Hesych. in Auctar. idque inde recepit Bergler, vt alia."

Quam editionem gr. *Pluti, Nebularum et Ranarum per Conr. Neowarium*, Paris. 1540. 4. Maittaire A. T. Tom. III. p. 318. memorat, eam ego non vidi.

Ἀριστοφάνους — *Aristophanis facetissimi comoediae vndecim, Plutus* etc. *Francof. apud Petr. Brubachium, A. XLIIII.* In calce: *Francof. ex officina Petri Brubachii. A. M.D.XLIIII.* graece. 8.

Repetita est epistola *Simonis Grynaei* ex editione Cratandr. frequentius vero Brubach. consentit cum Aldina, quam cum Cratandr., nec tamen deficit contrarium. Sic Nub. v. 403. ἄνεμος ξηρὸς est a Biseto scholiastae auctoritate in textum admissum; reliquae antiquiores edd. omittunt ξυρὸς, praeter Brubachianam, in qua vero legitur ξυρὸς ἄνεμος. V. 754. discessione facta ab Aldo et Cratandro, ex ed. Flor. Iuntae 1525. rectius legitur μῆνα τ' ἀργύριον etc. Quare suspicor, eum, qui praeesset operis, interdum correxisse errata superioris cuiusdam exemplaris.

Ἀριστοφάνους — *Aristophanis Comoediae nouem cum commentariis antiquis admodum vtilibus duaeque sine commentariis, adiecto copiosissimo indice omnium cognitu dignorum. Plutus - - - Lysistrata*, Basil. in officina *Frobeniana*. A. M.D.XLVII. fol.

Sigis. Gelenius in Epistola dedicatoria ad Melanchthonem scribit, se in contextu nouem comoediarum (duas enim postremas castigatiores esse, quam antea, gloriatur,) Marcum Musurum in exemplo Aldino; in commentariis vero Florentinos, vt copiosiores, sequutum esse. At vero in lectionibus vt bonis, ita quoque vitiosis aut

 male

mole adfectis editionem Florentinam a. 1525. vt plurimum referre solet: id quod *Hemsterh.* ad Aristoph. Plutum v. 367. et *Brunck* ad Vespas v. 172. pag. 208. iam testati sunt, et ego saepius cognoui, quod vel in nostra fabula dram. 2. sc. 5. et alibi est manifestum: interdum discedit; num tarditate operarum, vt v. 1234. an de industria id semper factum sit, equidem, qui non contulerim ad verbum hanc editionem, definire non audeo. V. 308. exhibent Ald. Flor. et Cratandr. ὑψιερεφεῖς; at Basileensis cum aliis sequentibus praebet, vti Brunck reperit in duobus codicibus, ὑψιφερεῖς.

Aristophanis comoediae XI. gr. apud Christ. Wechel 1550. 4. Hanc diuersam tantum anni notatione in titulo factam eamdem esse, quam paullo ante memoraui, cum *Maittario* A. T. Tom. III. part. 2. pag. 592. mihi videtur esse verisimile. Idem iudicium erit forsan ferendum de exemplis, (quorum vnum fuit in Bibliotheca Burmanni II. p. 68 Catal.) a. 1546 notatis.

Aristophanis comoediae vndecim, graece, multis metris corruptis mendisque plurimis purgatae vt emendatiores adhuc non prodierint; emendationis ratio ad calcem explicatur. Ioh. Gryphius excudebat 1548. 8.

Hanc *Angeli Caninii* editionem, quam equidem ad manum non habui, *Hemsterhusius* ad Plutum in Corrigendis pag. 482. laudat emendatissimam; atque *Caninius* multa de sua cura operaque iactitat in praef. graece scripta, a *Maittario* A. Typ. Tom. III. p. 409. cum admonitione typographi recusa.

Nicomedi Frischlini Aristophanes veteris Comoediae princeps; poëta longe facetissimus et eloquentissimus, repurgatus a mendis, et imitatione Plauti atque Terentii interpretatus, ita vt fere carmen carmini, numerus numero, pes pedi, modus modo, Latinismus Graecismo respondeat, 1597. *Francofurti ad Moenum.* Excudebat Ioh. Spies. 8.

Sin-

Singulas comoedias inscripsit singulis maecenatibus atque fautoribus, quorum implorauit fidem: et in epistola dedicatoria Acharnensibus praemissa multum conquestus est de suis itineribus vel potius erroribus, de sumtibus, damno et iactura, molestiis: inter alia: „e Carniola, inquit, Venetias proficiscor; iterum redux e Carniola, iter facio Tubinga Francofurtum, vt typographum inueniam, qui hasce graeco-latinas comoedias suis typis in lucem proferat. — — Centum ego coronatorum impensas prius feci quam typographum inuenirem idoneum et promtum, qui ista procuderet" etc. Epistolae ipsae aut Francofurti aut Spirae Nemetum a. 1586. scriptae sunt. Plutum excipiunt Equites et hos demum Nubes. In textu vero graeco exemplum Cratandrinum aut aliud eius familiae reddidisse videtur, ita tamen, vt haud pauca corrigeret, praecipue rectius curatiusque interpungeret, quae posteriores editores aut de coniectura, aut e codicibus primum restituisse sibi visi sunt. Forsan tamen ea, quae meliora censeantur, ex editione Gryphiana hauserat.

Ἀριστοφάνους — *Aristophanis facetissimi Comoediae vndecim. Ex officina Plantiniana. Apud Christophorum Raphelengium, academiae Lugduno-Bat. typographum.* CIƆ.IƆ.C. in 12. graece.

Editio, (cuius exemplar debeo singulari liberalitati vener. *Moerlii*, Antistitis ad aedem Sebaldinam Norib.) vt nitida et accurata, ita quoque hodie perrara, ex Cratandrina tamen, aut Brubachiana, (e. g. Nub. v. 754.) repetita. Ex praefatiuncula comperi a Franc. Raphelingio iam paullo ante, comoedias, *Plutum*, *Nubes*, *Ranas* et *Equites* minutiori hac forma singulatim fuisse excusas.

Ἀριστοφάνους — *Aristophanis comoediae vndecim, cum scholiis antiquis, quae studio et opera nobilis viri Odoardi Bisseti Carlaei sunt quam plurimis locis accurate*

rate emendata et perpetuis nouis scholiis illustrata. Ad quae etiam accesserunt eiusdem in duas posteriores noui commentarii: opera tamen et studio doctissimi viri D. Aemylii, Francisci Porti Cretensis filii ex autographo exscripti et in ordinem digesti. Quae ad hanc editionem accesserunt praeter ea, pag. 36. demonstrat. Aureliae Allobrogum sumtibus Caldorianae societatis. M. DC. VII. fol. gr. et lat.

Portus post Frischlinum fabulas diuisit in actus et scenas. In praefatione graece et latine scripta tum *Biseti*, tum suum ipsius laborem, et quae praestiterit in emendando textu, valde iactitat. Is quidem bene correxit quaedam; at vt plurimum sequutus est Aldinam, siue aliam ex illa manantem; saepe Florentinam siue Basileensem, e. g. Neb. 422. 614. etc. praecipue in scholiis; nec raro, vt in Pluto v. 528. vitiauit vtramque, et vt Nub. v. 920. male discessit a lectione vulgata. Ita quoque in scholiis vel noua interdum bene induxit, e. g. Nub. v. 731. 1231. fin. vel vetera bona perdidit, e. g. Nub. v. 980. Atque Porti aut Biseti παραδιορθώσεις plus semel in recensendo Aristophane deprehendisse sibi visus est *Küsterus* ad Nub. v. 920. Ex Frischlini editione retinuit versionem illius aut Florentis Christiani et alia: Fabulae, Pluto, notas *Gerardi: Florentis* autem *Christiani* adnotationes Vespis, Paci et Lysistratae adiecit. *Biseti* scholia graeca, haud quidem erudita, ex Suida atque Eustathio potissimum consarcinata, nec tamen plane spernenda, primus protulit. *Bourdini* scholia in Thesmophoriazusas, Paris 1545 primum edita, inseruit.

Αριστοφανους — *Aristophanis comoediae vndecim, graece et latine cum indice paroemiarum selectiorum et emendationibus virorum doctorum, praecipue Iosephi Scaligeri. Accesserunt praeter ea fragmenta eiusdem ineditarum comoediarum Aristophanis.* Lugd. Batau. Ex officina Ioannis Maire. CIƆ IƆC XXIV. in 12.

Editor

Editor, ad corrigenda contextus graeci menda parum contulit, in Porti lectionibus vt plurimum acquiescens; versionem vero latinam hinc inde emendauit aut reddidit faciliorem. Noua tamen accesserunt: 1) *Aristophanis fragmenta a Gulielmo* (siue potius *Theodoro*, vt bene animaduertit *Burmannus* II. in praefatione ad Bergleri Aristophanem pag. 16.) *Cantero iam pridem collecta; cum praefatione Andreae Schotti; recognita vero plurimum et non parua accessione locupletata a Gulielmo Coddaeo.* 2) *Notae in Aristophanem excerptae ex variis lectionibus, emendationibus ac coniecturis virorum doctorum, ac potissimum duobus exemplaribus manu Iosephi Scaligeri emendatis, e bibliotheca Gerardi Vossii,* quas Küsterus in sua editione omisit. Recusa est haec editio, at minus accurate nec diligenter: nouis tamen accessionibus aucta ornataque:

Ἀριστοφάνους — *Aristophanis comoediae vndecim graece et latine, ut et fragmenta earum, quae amissae sunt. Cum emendationibus virorum doctorum, praecipue Ios. Scaligeri, et indice paroemiarum selectiorum. Accesserunt huic editioni notae et obseruationes ex variis autoribus collectae: ut et noua versio ἐκκλησιαζουσῶν a Tan. Fabro facta, cum doctissimis eiusdem in eandem comoediam notis. Tomi duo. Amstelaedami, apud Ioannem Rauensteinium,* anno M.DC.LXX. in 12.

Noua lux oriri coepit fabulis comici opera *Küsteri*, acuti critici et hominis graece doctissimi, qui si omnes comoedias pari cura, diligentia, industriaque pertractasset: et *Bentleii* adnotationes ad omnes fabulas accepisset: pauca in iis desiderarent viri eruditi. Plenissimam interea et prioribus multo meliorem atque ornatiorem curauit editionem:

Aristophanis comoediae vndecim, graece et latine, ex codd. MSS. emendatae: cum scholiis antiquis, inter quae scholia in Lysistratam ex cod. Vossiano, nunc pri-

mum in lucem prodeunt. Accedunt notae virorum doctorum in omnes comoedias; inter quas nunc primum eduntur Isaaci Casauboni in Equites; illustrissimi Ezech. Spanhemii in tres priores, et Richardi Bentleji in duas priores comoedias obseruationes. Omnia collegit et recensuit notasque in nouem comoedias et quatuor indices in fine adiecit Ludolphus Küsterus, I. V. D. Excusum Amstelodami, sumptibus Thomae Fritschii, bibliopolae Lipsiensis. A. MDCCX. fol.

Porti exemplum, interdum, nec vero vbiuis, sicuti, praecipue in scholiis, par fuit, ex Aldina editione aut aliis subsidiis litterariis correctum, typothetis, quod recuderent, *Küsterus* dedisse videtur. Hinc in vtriusque edd. eadem saepe occurrunt vitia. In notis de varietate lectionis sensuque locorum difficiliorum intelligenter eruditeque iudicat *Küster*, et emendationes frequenter profert certas vniceque veras. At enim variarum e codd. Vaticanis, Arundeliano, Bodleiano, ac Vossiano excerptarum lectionum minimam partem in Aristophane recensendo adhibitam fuisse a *Küstero*, notisque intextam, adfirmat *Burmann* II. in praef. ad *Bergleri* Aristophanem, pag. 11. — Spannhemii obseruationes, vt abundant eruditione doctrinaque, praecipue antiquaria, ita laborant copia. Scholia haud libera sunt a peccatis, partim operarum culpa, partim editoris incuria ortis.

Aristophanis Nubes cum scholiis antiquis e recensione Küsteri in vsum scholarum. Cum praef. Io. Aug. Ernesti, in qua scholia plurimis locis emendantur, illustrantur. Lipsiae, MDCCLIII. in 8.

In fabula ipsa et praecipue in scholiis est haec editio ex ea, quae paullo ante a. 1752. Harderouici comparuerat, adeo vitiose expressa, vt interdum integrae voces omitterentur. At *Ernesti* praefatio est lectu dignissima, *qua nihil hoc in genere consummatius et elaboratum magis commendari posse*, recte iudicat *Burmann*

monuit in praef. ad Bergleri Aristoph. p. 19. Namque non solum de conditione vsuque horum in Aristophanem scholiorum eorumque emendandorum ratione docte agitur scite que indicatur, sed permulta quoque perite acuteque illustrantur atque emendantur. — Editiones aliarum fabularum, quae seorsum sub praelo sudarunt, hic percensere non vacat.

Aristophanis comoediae vndecim, graece et latine, ad fidem optimorum codicum MSS. emendatae cum noua octo comoediarum interpretatione latina et notis ad singulas ineditis Stephani Bergleri, nec non Caroli Andreae Dukeri ad quatuor priores. Accedunt deperditarum comoediarum fragmenta a Theodoro Cantero et Gulielmo Coddaeo collecta earumque indices a Ioanne Meursio et Io. Alb. Fabricio digesti, curante Petro Burmanno Secundo, qui praefationem praefixit. tom. I. II. Lugd. Batau. Apud Samuel et Ioannem Luchtmans. MDCCLX.

Burmannus in perdocta praefatione de *Bergleri* vita fatisque, de illius in Comicum nostrum meritis, de fragmentis aliisque rebus huc pertinentibus copiose disserit. *Berglerus* vero adhibuit editt. Aldin. Iuntin. (1515.) Farrei, (quam nimiis cumulat laudibus) ac Brubachii: nec pauca loca emendauit: versionem octo comoediarum nouam confecit: in notis multa e scholiastis hausit atque exposuit, aut alia, quae difficiliora videbantur, commode interpretatus est, Tragicorum, in primis Euripidis, quem Comicus noster acriter insectari atque imitando illius formulas loquendi agitare solebat, diligenter solideque comparauit. In *Dukeri* notis omnino eruditis, quae tamen non plane satisfecerunt *Brunckii* subtilitati, (vide eius not. ad Nub. v. 916. p. 132.) tam verba, quam sententiae et comici et scholiastarum grammatice atque critice explicantur et copiosius illustrantur. Neque tamen illa *Bergleri* opera, quamquam a multis laudata

 est,

est, auctorum hominum reprehensionem effugere potuit. Atque ego memini, quum paullo post, quam vulgata esset editio, *Ernestum* in perlustranda illa eiusque censura, Actis Eruditorum Lipsiens. postea inserta, occupatum conuenissem, illum monstrare mihi nouum librum, et de notis meritisque in Comicum Berglerianis libere et paullo seuerius sentire. Acerbius tamen iudicauit de Berglero eiusque labore cel. *Brunck*, passim in adnotationibus suis ad Aristophanem: et ego nescio an duriuscula sit sententia ad Nub. v. 1375. pag. 123. lata: *stipes ille* (n. Berglerus) *nihil ad Aristophanis emendationem contulit*, *praeter paucas aliquot lectiones e Farrei editione mendosas plerasque.* Ad vers. Acharnens. 835. vocat eum *Transsiluanum fungum* eumque carpit. Adde eiusdem iudicium ad Aues v. 1007. pag. 176 sq. ad Pacem v. 855. et v. 1284. vbi, quod frequenter quoque alibi facit, laudat Berglerum idemque culpat. Pluribus tamen lectoribus interpretationes locorum verborumue difficiliorum grammaticae, (vocabulo hoc in significatione latiore et antiqua sumto,) ad iucunditatem et vtilitatem, ad intelligentiam orationis, sensumque pulcri et ingenium expoliendum efficaciores esse solent, quam seges variarum lectionum aut copia adnotationum mere criticarum *), quarum quidem sobrium vsum et vero necessitatem haud facile quisquam antiquitatis litterarumque peritus, negabit.

Nemo tamen de emendando contextu, olim a mendis librariorum nondum satis purgato, melius feliciusque meruit, quam illustris *Brunck*, qui sospitator factus est Aristophanis. Vir enim ille graece eruditissimus, metri [illegible] callen-

*) Lege *Moshemium*, prudenter iudicantem, in *Moshemii ac Gesneri Epistolis amoebaeis*, editis a *Chr. Adolpho Klotzio*, Lipsiae 1770. pag. 121. et ego vberius exposui meam sententiam in *Opusculis varii argumenti*, pag. 24 sqq. et pag. 39 sqq.

callentiſſimus, et criticus ſagaciſſimus, qui *Valckenarius* ille paullo ante obitum facem criticam tradere haud dubitauit, partim ope codicum MSStorum, partim felicitate ingenii adiutus, Comicum priſtino ſuo ſplendori atque integritati reſtituere adgreſſus, in hoc negotio ita verſatus eſt, vt multas, quae ſibi videbantur, ſpurias falſasque lectiones eliminaret meliores reducendo, purioris Atticiſmi reuocaret formam, ordinem verſuum ſaepius aliter conſtitueret, et plane nouam daret recenſionem. In notis varietatem et veritatem lectionis potiſſimum curauit: ex grammatices aut ſubtilioris Atticiſmi, cuius ſedulus erat indagator et peritus interpres, aut metri legibus ſiue verba verſusque explanauit correxitque, ſiue aliorum refutauit errores, gloſſas ſcholiaque, (quae quidem in hac fabula repetenda notiſque inſerenda duxi,) e ſuis codicibus immiſcuit, interdum ex antiquitate explicuit illuſtrauitque loca difficiliora aut obſcura; et nouam omnino interpretationem latinam textui ab ipſo conſtituto aptam confecit. Quo autem ſagaciores critici ſunt, eo proniores ad mutanda verba atque ad coniectandum, et vero audaciores eſſe ſolent. Reliqua, quae ad virtutum vitiorumque poëticorum ſenſum aut interiorem orationis fabulaeque intelligentiam faciant, iudicio ſenſuique aut diligentiae lectoris relicturus videtur vir illuſtris. Inſcriptio autem editionis huius accuratae, quae plurimis conſtat tomis, haec eſt:

Ariſtophanis comoediae ex optimis exemplaribus emendatae, ſtudio Rich. Franc. Phil. Brunck, Argentoratenſis, Argentorati, ſumtibus Ioannis Georgii Treuttel. MDCCLXXXIII. 8. tom. I.—III. qui fabulas graecas continent: totidem tomi, qui vel ſeorſum vel coniunctim cum textu graeco compingi poſſunt, interpretationem *Brunckii* comprehendunt latinam, totidem denique tomi complectuntur in Ariſtophanem varias lectiones, notas et emendationes Brunckii. In vltimo tomo ſunt quoque addenda et emendanda in fragmentis, Brun-

Brunckii sollertia sedulitateque auctis, tum Supplementum emendationum in omnes Aristophanis reliquias cum variis lectionibus e MS. cod. bibliothecae regiae Paris., qui antea collatus non fuerat, in Ranas, Plutum et Nubes, (ita, vt praeter notas, etiam Addenda animaduersionibus in singulas fabulas subiecta, et Supplementum consulamus necesse sit, si omnia, quae vir cel. adnotauerit, collegerit, emendarit et retractarit, scire velimus;) denique index vberior in Aristophanem. Codices vero MSS. ad quos fabulam nostram contulit Brunck et litteris A. B. C. D. signauit, quatuor sunt: A. Paris. regius membranaceus MMDCCXII. B. regius chartaceus MMDCCXVII. C. regius Bombycinus, cum scholiis et glossis inter versus; D. quem ipse possidet suumque saepe nominauit, codex Bombycinus cum scholiis aliquot in margine et glossis inter versus minio scriptis. Codices et scriptos et veteres editos imitatus, inceptam in Actus et Scenas distinctionem omisit.

Aristophanes Nubes, iterum in vsum lectionum e Brunckiana potissimum recensione edidit Christian. Godofred. Schütz, Eloq. et Poeseos Prof. in Acad. Ienensi. Halae MDCCLXXXVI. mai. 8.

Vt plurimum expressa est recensio *Brunckii*, cuius etiam notae criticae excerptae contractaeque sunt subiectae textui; ab initio adnotationes adparent paullo vberiores, in quibus etiam fabulae ratio et sententiae aliquoties egregieque explicantur atque illustrantur. Additus est index verborum et phrasium.

Ego vero iis subsidiis, quae ad manus mihi fuerunt, quomodo vsus sim, lector eruditus ipse cognoscet et iudicabit. *Bergleri* exemplar, hinc inde correctum, paraueram typothetae, vnde fabulam ipsam vna cum Bergleri interpretatione latina describeret; *Küsteri* vero exemplum, vnde scholia, a me autem liberalius frequentiusque partim e primis editionibus, partim de coniectu-

ra *Ernesti* aliorumque emendata, recuderet: *Bisseti* tamen adnotationes reliqui intactas. In adnotationibus breuitatis, quantum fieri potuit, studiosus, et interpretationis et critices variarumque lectionum rationem habui; nec aliorum V.V. D.D. potissimum *Kusteri*, *Bentleii* atque *Brunckii* praetermisi suspiciones atque emendationes. *Ernesti* vero animaduersiones ad scholia, suo quamque loco adposui aut laudaui, meis aliorumque, praecipue *Nagelii*, Professoris Altdorfini celeberrimi mihique amicissimi, qui in singulari commentatione percensuit vetera ad nostram comoediam scholia, coniecturis aut explicationibus admixtis.

In bibliothecis tamen latent adhuc codices fabularum MSS., quorum oris adscripta sunt scholia, ex antiquioribus siue excerpta siue consarcinata, aut a recentioribus grammaticis confecta; et quae cum iis, quae excusa habemus, conspirant partim, partim discrepant ab iis *). Quae vtut multa praebeant, quae iure vana steriliaque et vero nugae censentur; tamen, quoniam ad emendanda, quae vulgata sunt, scholia esse possunt vtilia, et gemmas vltimae antiquitatis haud raro conseruant, vt ab eruditis hominibus descripta publici fiant iuris, saltem conferantur, eaque, quae singularia aut notatu digna habeant, excerpantur, omnino est optandum. Atqui *neutiquam*, ait *Hemsterhusius* ad *Aristoph.* Plutum pag. 133., *est dubitandum, quin permulta his ipsis in scholiis non dissimili modo corrupta reperiantur, quorum sanatio, vsque dum sinceriores libros nanciscamur, extra spem omnem est posita.* Sic codex LXVII. regiae Matritensis bibliothecae in *Iriarti* Catalogo codd. graec. MSS. illius bibliothecae (Matriti 1769. fol.) inter alios libellos manu Constantini Lascaris exaratos, continet Aristophanis Plutum et Nubes. *Initium scholiorum* ad prio-

*) vide *Hemsterh.* ad Plut. Aristoph. pag. 383. de scholiis in Plutum.

priorem fabulam *a veterum*, ait *Iriarte* n. 24. p. 235; *scholiorum initio dissentit, quae apud Küsterum leguntur, finis vero cum eorundem fine consentit*, et p. 236. n. 37. de scholiis ad *Nubes*, *huiusmodi scholia ab iis, quae Küsterus vulgauit, plerumque diuersa sunt; quippe nunc breuiora, nunc fusiora; modo alios locos, modo eosdem aliter explanantia. Praeter ea nonnullis adnotationibus ad oras adscriptis dilucidantur.* A pluribus enim grammaticis condita sunt illa scholia; quapropter vt et optimae notae et nullius pretii aeuique serioris discernamus reliquias necesse est; v. *Ernesti* praef. laudatam et *Hemsterh.* ad Plutum Aristoph. pag. 137. Idem *Iriarte* ibidem n. 36. primus vulgauit e codice *Argumentum Nubium Aristophanis*, quod cum latina Iriarti versione in hac editione pag. 11 sq. typis recudendum curaui.

Subiuncturus eram commentationem de consilio Aristophanis in conscribenda hac fabula, de tempore et argumento illius, de Socratis philosophia, quae fuit eclectica, atque theologia, quatenus illius expositio ad hanc comoediam melius percipiendam conduceret, de Sophistarum disciplina, quam Comicus potissimum exagitare voluit, et aliis rebus huc pertinentibus. Atque ego in tribus prolusionibus nomine Vniuersitatis nostrae superiore anno scriptis coeperam de iis rebus vberius disserere. Cum primis institui in illis demonstrare, Aristophanem non fuisse ab Anyto et Melito, (quem Socrates praeterea multo post actam hanc comoediam apud *Platonem* in Eutyphrone pag. 4. edit. Bipont. nominat *νέον ὄντα*,) philosophum maiestatis reum acturis, pretio precibusque adductum, vt illum in scena sugillaret, eaque calumnia iudices populumque impelleret ad iram et condemnationem illius, neque remotissimam supplicii exstitisse caussam; sed eam Comici in hac fabula fuisse mentem, vt cum Socratem, in adolescentia sophistarum doctrinis artibusque imbutum, licet adultior et senior

eu-

euasisset hostis illorum acerrimus *), Euripidi amicum, comoediarumque et comicorum osorem, tum maxime Sophistas, quorum personam Socrates indueret, (et is iunior aliquatenus potuit probabilius sustinere illam,) risui ludibrioque spectatorum exponeret in theatro. Enim vero abieci id consilii, veritus, ne longiore commentatione et libelli molem praeter rem amplificare et lectorum patientia abuti viderer. Tum, operis vrguentibus, in praesenti aliis curis distractus impar sum iis, quae in prolusionibus tribus scripsi, retractandis atque perficiendis. Accedit, quod *Tychsen* V. Cl. in praeclaris commentationibus II. *über den Proceß des Socrates*, in: *Bibliothek der alten Litteratur u. Kunst.* part. I. et II. Göttingae 1786. de Socrate caussisque condemnationis erudite copioseque disputauit. Illas vero quia videre et legere mihi demum contigit, postquam prima mea prolusio diu ante exierat praelo, et altera iam chartae mandata fuit, reliquae vero inchoatae: factum est, vt in multis quidem paene consentiremus; in quibusdam tamen aliter censeremus. Iuuenes tamen vt de tempore, quo acta fuit fabula, aliisque rebus necessariis, fiant certiores, ea, quae cel. *Brunck* initio notarum suarum ad illam bene accurateque notauit, hic repetere, haud alienum a proposito neque incommodum esse videbitur: praecipue quum haud admodum multi iuuenes aut etiam magistri erunt, qui editionem Aristophanis Brunckianam ad manus habere aut comparare sibi queant. Ita vero ille *Brunck*:

„Haec est omnium Aristoph. comoediarum nobilis-
„sima et artificiosissima, cuius in inueniundo argumento
„et disponendis partibus vim comicam exseruit admira-
„bilem. Sed ingenii laudem paene exstinxit inuidia,
„quam auctori apud bonos multos conflauit Socratis de-
„risio, cum praeteritis aetatibus, tum maxime hac no-
„stra,

*) Conf. *Platon.* in Menone p. 373 vol. IV. ed. Bipont.

„stra, qua tam multi perhibentur sapientes, quia nihil „magis quam sapientiam crepant. Scilicet imperitis ho„minibus persuasum est ab accusatoribus Socratis Anyto „et Melito, periculum suae in illum calumniae facere „cupientibus, pretio subornatum fuisse Comicum, vt „Sophistam in scena exagitaret, eiusque maledictis po„puli odium in Socratem, iramque iudicum ita exarsisse, „vt statim postea capitali iudicio condemnatus fuerit. „Ineptam historiolam nescio cuius fide in farraginem „suam retulit Aelianus, cum aliis quibusdam ad huius „comoediae fata pertinentibus, quae itidem falsi arguun„tur. Ignorant quoque boni isti Aristophanis obtrecta„tores, exstitisse illius aetate acerrima iurgia inter philo„sophos, scenicosque poëtas, maxime vero Comicos: „Sophistas plurimos in scena traductos fuisse a diuersis „poëtis, ipsumque inprimis Socratem. Fabulae, quam „contra eum fecerat Amipsias, memini ad Ran. 13. „Bis commissae fuerunt Nubes. Primo an. 1. Olymp. „LXXXIX. Archonte Isarcho. Aspere acceptae fuerunt: „iis praetulere iudices chororum Cratini *Pytinam* et „Amipsiae *Connum*, quam Menagius admodum proba„biliter eam esse autumat fabulam, in qua Socratem tra„ducebat, ita vt bis vno die a duobus poëtis comico sale „defricatus fuerit Socrates. Quo circa miror egregium „illum scriptorem, e quo sua hausit Aelianus, non po„tius de Amipsia victore cogitasse, quam de Aristophane „victo, vt in eum crimen conferret praeparatae Socratis „condemnationis. Sequenti anno Archonte Aminia Pro„napi filio Nubes emendatas iterum docuit, verum euen„tu haud feliciori: nec amplius postmodo eas produxit, „licet subinde eas expoliuisse videatur *). Iam vero „Socra-

*) Confer *Corsinum* in Fastis Atticis, tom. III. p. 239, qui sibi persuadet, fabulam nostram tertium quoque editam fuisse, quamuis id a nullo prorsus interprete memoretur. H.

„Socratis accusatio et mors incidit in an. 1. Ol. XCV.
„quo Laches fuit Archon. Itaque inter primam huius
„fabulae commissionem et Socratis condemnationem
„intercessere anni XXIII. Quo tempore vero actae fue-
„runt Nubes, hominem natum Athenis non exstitisse
„credo, cui praesagire animus potuerit fore, vt post
„XXIII annos impietatis reus ageretur Socrates. Sane
„si tum illae cum eo simultates gessissent eius accusatores,
„statim eodem anno diem ei dixissent, nec populi et
„iudicum exasperassent animos in hominem post XXIII.
„annos demum deferendum. Sed quid pluribus calum-
„niam istam confutem, quam sua satis refellit absurdi-
„tas? Et haec tamen ratio est, cur tot hodie sapientiae
„amatores infensi sint Comico nostro, quem Socratis
„condemnationis vel causam vel instrumentum fuisse
„opinantur, qua de re ne cogitare quidem potuit vn-
„quam. Euripidem eodem, quo Socratem, defricuit
„sale, quod ad Thesm. 451. obseruaui, nec tamen eum
„vnquam in capitis periculum adducere voluit. Comi-
„corum procacitatem, obscenam lasciuiam vituperabant
„Sophistae: horum Comici deridebant exiles disputatio-
„nes; inde eorum iurgia et perpetuae concertationes, ab
„ira tamen et odio longe remotae. Singuli, vt so-
„lent agyrtae, artem suam prae aliorum arte laudibus
„euehebant, quod apparet ex hoc Comici loco in Ran.
„1491.

„χαρίεν οὖν, μὴ Σωκράτει
„παρακαθήμενον λαλεῖν,
„ἀποβαλόντα μουσικὴν,
„τά τε μέγιστα παραλιπόντα
„τῆς τραγῳδικῆς τέχνης.
„τὸ δ' ἐπὶ σεμνοῖσιν λόγοισι
„καὶ σκαριφισμοῖσι λήρων
„διατριβὴν ἀργὸν ποιεῖσθαι,
„παραφρονοῦντος ἀνδρός.

„Ranae eodem anno exhibitae fuere, quo Socrates, Pry-
„tanis quum esset, pro optimo ciue se gessit in cognitio-
„ne causae Praefectorum classis ad Arginusas: quod ob
„factum Aristophani carus esse debuit: nihilo tamen
„minus eum sugillauit ob disserendi de rebus subtilibus
„consuetudinem, et quia auditores suos a spectandis sce-
„nicis ludis auertebat. Sed non obstabat haec sophista-
„rum et poëtarum aemulatio, quin una conuersarentur,
„officiisque sibi responderent mutuis.

„Ni vera ista sunt, philosophos istius aeui eorum,
„quos hodie videmus, longe dissimiles fuisse oportet,
„prorsusque immutatam exinde fuisse hominis indolem.
„Quis enim animum inducat, Platonem in Symposio
„Comicum nostrum cum Socrate eidem mensae accum-
„bentem repraesentaturum fuisse, si credidisset Aristo-
„phanem aliquid momenti ad Socratis condemnationem
„adtulisse, idque *pretio subornatum?* Si Socratis mor-
„te gauisus fuisset Aristophanes, quis non miraretur eun-
„dem Platonem epigramma hoc fecisse Comici inscri-
„bendum sepulchro:

„Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται,
„Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

„Id est, interprete Raymundo Cunichio:

„Quaerebant Charites templum, quod nulla vetustas
„solueret. Inuentum est pectus Aristophanis.

„VOLTARIO haec nostro perspecta non fuere, quo
„iniquiorem Aristophani noui neminem. Multa ille in
„Comicum, quem graece nunquam legerat, temere et
„sinistre scripsit, quae in vasta et indigesta operum mole
„quaerere non vacat. Vnicus mihi succurrit locus in
„*Lexico philosophico*, cui postmodo titulum fecit *La*
„*Raison par Alphabet*, in voce *Athée*, *Athéisme*. In
„vna pagella, vbi de Aristophane agit, multi sunt erro-

„res,

„nes, quos ingenioso seni lubens condono: at illud pol-
„lem ibi legi: *Ce poëte comique, qui n'est pas comique,
„lui poëte, n'aurait pas été admis parmi nous à donner
„ses farces à la foire St. Laurent.* Ista, siquid sapiunt,
„literati illi, qui editionem integram [illegible] Viri ope-
„rum, ab omni interpolatione purgatam digerunt, quae
„in Germania ad Rheni pontem, quo Alsatiae nostrae
„sub hac vrbe committitur, maximis sumtibus summa-
„que cum cura pulcherrimis typis describitur, ista, in-
„quam, pro spuriis habebunt, furcillisque eiicient. Nisi
„enim Aristophanes *poëta* est, nobis dicant, quem come-
„diarum scriptorem poëtae nomine dignari oporteat;
„nisi *comicus* idem est, nobis rursus dicant, vbinam gen-
„tium vberior salium, iocorum facetiarumque fons re-
„periri queat. Quam facile ista in Voltarium retorqueri
„possint, sciunt, qui antiqua et noua penitus intelligunt,
„eoque pollent sensu, qui ad eorum comparationem
„bene instituendam requiritur. Sane Ciceroni idoneo
„iudici nuncupatur Aristophanes *facetissimus poëta vete-
„ris comoediae.* VOLTARIO fraudi fuit prauum Plu-
„tarchi iudicium, qui in mutilo illo fragmento, quod
„exstat, comparationis Aristophanis cum Menandro,
„philosophiae amorem partiumque studium magis osten-
„dit, quam criticum acumen. Illius criminationes pe-
„rite refutauit Nicod. Frischlinus. Si apud Comicum
„multa occurrunt, quae nostris moribus repugnant, id
„illi vitio vertendum non est: popularibus enim suis,
„non nobis, scripsit. Quae autem diuino Platonis inge-
„nio valde accepta fuisse compertum est, si cui hodie illa
„placeant, is stulte sapere mihi non videtur. Plato M.
„enim, vt refert Olympiodorus in eius vita, ἔχαιρε πάνυ
„καὶ Ἀριστοφάνει τῷ Κωμικῷ, καὶ Σώφρονι, παρ'
„ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις
„ὠφελήθη. λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε
„καὶ, ἡνίκα ἐτελεύτησεν, εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ
„Ἀριστοφάνην καὶ Σώφρονα. Haec forte olim alio in

„operis vberius exsequar: nunc vero disputatiunculam
„hanc Quintiliani, magni illius eloquentiae magistri,
„iudicio, quem arbitror Voltarianum in hac arte parem esse
„conferre, iudicio concludam. „Antiqua comoedia cum
„sinceram illam sermonis Attici gratiam prope sola
„retinet, tum facundissimae libertatis, etsi est in in-
„sectandis vitiis praecipua, plurimum tamen virium
„etiam in ceteris partibus habet. Nam et grandis et
„elegans, et venusta, et nescio an vlla, post Homerum
„tamen, quem vt Achillem semper excipi par est, aut
„similior sit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior.
„Plures eius auctores; *Aristophanes* tamen, et *Eupo-*
„*lis*, Cratinusque praecipui."

Hactenus *Brunckius* V. C. Anonymus quoque in Diss. critique sur le caractere de Socrate et d'Aristophane accusat Comicum, quod in Nubibus Socratem in contemtum adduxerit, eique inuidiam conciliauerit apud Athenienses. v. Bibliotheq. Françoise tom. XXI. part. 2. n. 8. Enimuero iidem fuerunt omni aetate et adhuc sunt mores siue hominum inuidorum atque procacium, siue censorum vitio creatorum. In primis populo Atheniensi eiusmodi obtrectationes atque conuicia tam oratorum quam poetarum, praecipue comicorum, tamquam libertatis liberaeque reipublicae indicia, ἥδιστα fuisse ἀκροάματα, constat, vt ipse *Demosthenes* ab initio orationis de Corona conqueritur, et *Aelianus* H. V. lib. II. cap. 13 de hac comoedia memoriae prodidit. Tu vero, L. B. vale, mihique faueas velim. Scr. Erlangae d. 12 Martii CIↃIↃCCLXXXVIII.

API-

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΝΕΦΕΛΩΝ

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

Τὸ δρᾶμα τὸ τῶν Νεφελῶν κατὰ Σωκράτους γέγραπται τοῦ φιλοσόφου ἐπίτηδες, ὡς κακοδιδασκαλοῦντος τοὺς νέους Ἀθήνησι, τῶν Κωμικῶν πρὸς τοὺς Φιλοσόφους ἐχόντων τινὰ ἀντιλογίαν· οὐχ, ὥς τινες, δι᾽ Ἀρχέλαον τὸν Μακεδόνων βασιλέα, ὅτι προὔκρινεν αὐτὸν Ἀριστοφάνους. Ὁ χορὸς δὲ ὁ κωμικὸς εἰσήρχετο ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ, τῷ νῦν λεγομένῳ λογίῳ. καὶ ὅτε μὲν πρὸς τοὺς ὑποκειτὰς διελέγετο, εἰς τὴν σκηνὴν ἑώρα· ὅτε δὲ ἀπελθόντων τῶν ὑποκριτῶν τοὺς ἀναπαίστους διεξῄει, *) πρὸς τὸν δῆμον ἀπεστρέφετο· καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο Στροφή. ἦν δὲ τὰ ἰαμβεῖα τετράμετρα. εἶτα τὴν Ἀντίστροφον ἀποδόντες,

ARISTOPHANIS
NVBIVM

ARGVMENTVM I.

Fabula Nubium ſcripta eſt ex inſtituto contra Socratem Philoſophum, tanquam adoleſcentes Athenis doctrina ſua corrumpentem; quod Comicis controuerſia aliqua cum Philoſophis intercederet: non, vt quidam putant, propter Archelaum Macedonum Regem, quod Socratem Ariſtophani praetuliſſet. Chorus vero Comicus intrabat Orcheſtram, quae nunc λογεῖον vocatur; et, cum colloqueretur cum hiſtrionibus, Scenam ſpectabat: cum vero poſt abitum hiſtrionum Anapaeſtos recitaret, ad populum ſe conuertebat: idque vocabatur Στροφή. Erant autem Iambici Octonarii. Poſtea ſubiunge-

*) καὶ πρὸς τὸν δημ. edd. ante Küſterum.

τες, πάλιν τετράμετρον *) ἀπέλεγον ἴσων στίχων.
2 Ἦν δὲ περὶ τὸ πλεῖστον ις΄. ἐκαλεῖτο δὲ ταῦτα Ἐπιῤῥήματα. ὁ δὲ ὅλη πάροδος τοῦ χοροῦ ἐκαλεῖτο Παράβασις. Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσιν **)·

Ἦν μέν τις ἀνὴρ τῶν ἀρχαίων κωμῳδιδάσκαλος, ὃς ἡμᾶς
Ἠνάγκαζεν λέξοντας ἔπη πρὸς τὸ θέατρον παραβῆναι.

ARGVM. II.

ΑΛΛΩΣ.

3 Φασὶ τὸν Ἀριστοφάνην γράψαι τὰς Νεφέλας, ἀναγκασθέντα ὑπὸ Ἀνύτου καὶ Μελίτου, ἵνα προδιασκέψωνται, ποῖοί τινες εἶεν Ἀθηναῖοι, ἀκούοντες κατὰ Σωκράτους ***). ηὐλαβοῦντο γὰρ, ὅτι πολλοὺς

iungebant Antistrophen, quae totidem versibus Octonariis Strophae respondebat. Constabat vero vt plurimum sedecim versibus. Et haec quidem dicebantur Epirremata. Totus autem Chori transitus dicebatur Παράβασις. Aristophanes *Equitibus: Erat aliquis inter veteres Comicus, qui nos cogebat versus recitaturos facta parabasi ad spectatores nos conuertere.*

ALITER.

Aiunt Aristophanem Scripsisse *Nubes*, coactum ab Anyto et Melito, vt ante explorarent, quo animo Athenienses essent erga Socratem, si [comoediam factam] contra

*) ἀπέλεγον Ald.

**) ἐν Ἱππεῦσι] vers. 504, vbi vero hic locus aliter legitur.

***) κατὰ Σωκράτους] Decantata est fabula, ab *Aeliano* quoque lib. II. V. H. cap. 13: et Eunapio in Aedesio pag. 35 prodita, hoc Nubium drama conscripsisse Comicum, ab Anyto et Melito, qui Socratem maiestatis

λοὺς εἶχεν ἐραστὰς, καὶ μάλιστα τοὺς περὶ Ἀλκιβιάδην· οἳ ἐπὶ τοῦ δράματος τούτου μηδὲ νικῆσαι ἐποίησαν τὸν ποιητήν. ὁ δὲ πρόλογός ἐστι τῶν Νεφελῶν ἁρμοδιώτατα καὶ δεξιώτατα συγκείμενος. Πρεσβύτης γάρ ἐστιν ἄγροικος, ἀχθόμενος παιδὶ ἀστυκοῦ φρονήματος γέμοντι, καὶ τῆς εὐγενείας εἰς πολυτέλειαν ἀπολελαυκότι. ἡ γὰρ τῶν Ἀλκμαιωνιδῶν οἰκία, ὅθεν ἦν τὸ πρὸς μητρὸς γένος, ἐξ ἀρχῆς, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, τεθριπποτρόφος ἦν, καὶ πολλὰς ἀνῃρημένη νίκας, τὰς μὲν Ὀλυμπιάσι· τὰς δὲ Πυθοῖ ἐνίας δὲ Ἰσθμοῖ, καὶ Νεμέᾳ, καὶ ἐν ἄλλοις ἀγῶσιν. εὐδοκιμοῦσαν οὖν ὁρῶν ὁ νεανίσκος, ἀπέκλινε πρὸς τὸ ἦθος τῶν πρὸς μητρὸς προγόνων.

A 2 ARGVM.

contra eum audirent. Timebant enim illum, quod multos haberet amatores, et praecipue Alcibiadem: qui etiam effecit, ne Poëta hoc dramate vinceret. Prologus autem Nubium aptiſſime et ingenioſiſſime compoſitus eſt. Introducitur enim Senex ruſticus, ſollicitus ob Filium, luxum et delicias vrbanas ſpirantem, et qui vitam ſumptuoſam nobilitati generis ſui conuenire exiſtimabat. Familia enim Alcmaeonidarum, ex qua maternum genus ducebat, initio, vt ait Herodotus, quadriiuges aluit equos, multasque in ludis Olympicis, Pythicis, Iſthmiis et Nemeis, aliisque, victorias reportauit. Claram igitur cernens [familiam ſuam] adoleſcens, deflexit ad mores maiorum ſuorum maternorum.

ALI.

tis reum egerant, pretio precibusque inductum, vt philoſophum in ſcena ſugillaret, et maledictis iudices populumque ad iram et condemnationem Socratis impelleret. At viri docti, *Palmerius* in Exercitatt. p. 729. *Spanhem.* et *Brunck* ad noſtrum locum et cl. *Meiners* in Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom, part. II. pag. 476 ſeq. ſatis refutarunt illam hiſtoriolam. Atque res ipſa illius falſitatem abunde declarat; ſed de hac re in ſingulari commentatione, vberius diſſerui.

ARGVM. III.

ΑΛΛΩΣ.

4 Πρεσβύτης [1]) Στρεψιάδης ὑπὸ δανείων καταπονού-
μενος διὰ τὴν ἱπποτροφίαν τοῦ παιδὸς, δεῖται
τούτου, φοιτήσαντα ὡς τὸν Σωκράτη, μαθεῖν τὸν ἥτ-
τονα λόγον [2]). μὴ πειθομένου δὲ τοῦ μειρακίου, αὐτὸς
ἐλθὼν μανθάνειν, μαθητὴν Σωκράτους ἐκκαλέσας
τινὰ, διαλέγεται. ἐκλυθείσης δὲ τῆς διατριβῆς, οἵ τε
μαθηταὶ κύκλῳ καθήμενοι πιναροὶ συνορῶνται, καὶ
αὐτὸς ὁ Σωκράτης ἐπὶ κρεμάθρας αἰωρούμενος, καὶ
5 ἀποσκοπῶν τὰ μετέωρα θεωρεῖται. Μετὰ ταῦτα
τελεῖ παραλαβὼν τὸν πρεσβύτην, καὶ τοὺς νομιζομέ-
νους παρ' αὐτῷ θεοὺς, Ἀέρα, προσέτι δὲ Αἰθέρα καὶ
Νεφέλας κατακαλεῖται. πρὸς δὲ τὴν εὐχὴν εἰσέρχον-
ται

ALITER.

Senex Strepſiades aere alieno oppreſſus propter ſtudium alendi equos, cui filius nimis addictus erat, rogat eum, vt ludum Socratis frequentans, λόγον ἥττονα (i. e. cauſam deteriorem) diſcat. Adoleſcente vero ei non obtemperante, ipſe diſcendi cauſa ad ludum veniens, cum diſcipulo aliquo Socratis, quem euocauerat, colloquitur. Cum vero Schola aperiretur, diſcipulos ſordidos et ſqualidos in orbem ſedentes, et ipſum Socratem in qualo ſuſpenſum, et aërea contemplantem videt. Poſt haec Senem admiſſum initiat, et Deos, quos credebat, Aërem nimirum, Aetherem, et Nubes precibus aduocat: Nubesque ſub forma Chori ad preces illas

1) πρεσβύτης τις e codd. edidit Brunck.

2) Brunck plenius e codd. τὸν ἥττονα λόγον, εἴ πως δύναιτο, τὰ ἄδικα λέγων ἐν τῷ δικαστηρίῳ, τοὺς χρήσας νικᾶν καὶ μηδενὶ τῶν δανειστῶν μηδὲν ἀποδοῦναι. οὐ βουλομένου δὲ τοῦ μειρακίσκου, διαγνοὺς αὐτὸς ἐλθὼν μανθάνειν, καὶ μαθητὴν —

ται Νεφέλαι ἐν σχήματι χοροῦ· καὶ φυσιολογήσαν-
τος οὐκ ἀπιθάνως τοῦ Σωκράτους, καταστᾶσαι πρὸς
τοὺς θεατὰς ἐπὶ πλειόνων διαλέγονται. Μετὰ δὲ 6
ταῦτα ὁ μὲν πρεσβύτης διδασκόμενος ἐν τῷ φανερῷ
τινὰ τῶν μαθημάτων γελωτοποιεῖ· καὶ ἐπειδὴ διὰ
τὴν ἀμαθίαν ἐκ τοῦ Φροντιστηρίου ἐκβάλλεται [3]),
διάγων πρὸς βίαν τὸν υἱὸν, συνίστησι τῷ Σωκράτει.
τούτου δὲ ἐξαγάγοντος αὐτῷ ἐν τῷ θεάτρῳ τὸν ἄδι-
κον καὶ τὸν δίκαιον λόγον, διαγωνισθεὶς ὁ ἄδικος πρὸς
τὸν δίκαιον λόγον, καὶ περιλαβὼν αὐτὸν ὁ ἄδικος λό-
γος, ἐκδιδάσκει. κομισάμενος δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐκπε-
πονημένον, ἐπηρεάζει τοῖς χρήσταις, καὶ, ὡς κατωρ-
θωκότα [4]), εὐωχεῖ παραλαβών. γενομένης δὲ περὶ
τὴν εὐωχίαν ἀντιλογίας, πληγὰς λαβὼν ὑπὸ τοῦ
παιδὸς, βοὴν ἵστησι, καὶ προσκαταλαλούμενος ὑπὸ
τοῦ παιδὸς, ὅτι δίκαιον τοὺς πατέρας ὑπὸ τῶν υἱῶν
ἀντιτύπτεσθαι, ὑπεραλγῶν διὰ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν

illas Scenam intrant, et Socrate de rebus naturalibus non inepte disputante, ad spectatores conuersae de pluribus rebus cum illis differunt. Deinde Senex, dum in ludo docetur, aperte Mathemata quaedam deridenda propinat: cumque propter inscitiam ex Schola eiiceretur, filium vi coactum Socrati in disciplinam tradit. Illo vero in theatro ad ipsum educente Causam iustam et iniustam; iniusta cum iusta in certamen descendens, illum circumuentum [artes suas] docet. Cum igitur Pater illum recepisset instructum et eruditum, debitoribus insultat, et tanquam re praeclare gesta conuiuio eum excipit. Exorta vero inter epulas disputatione, Pater a Filio verberibus caesus, clamorem tollit; cumque filius contra ipsum contenderet, aequum esse, vt parentes a filiis vicissim verberentur, ira et dolore percitus ob dissi-

3) ἐκβάλλεται, ἄγων πρὸς βίαν — Brunck.

4) Κατωρθωκότος Br. —

σύγκρισιν [5]) ὁ γέρων, κατασκάπτει καὶ ἐμπίμπρησι τὸ Φροντιστήριον τῶν Σωκρατικῶν. Τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πάνυ δυνατῶς πεποιημένων.

ARGVM. IV.

ΑΛΛΩΣ, ΔΙΑ ΣΤΙΧΩΝ.

7 Πατὴρ τὸν υἱὸν σωκρατίζειν προτρέπεται·
Καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ψυχρολογίας διατριβὴ
Ἱκανὴ, λόγων ἀπόνοια πρὸς τοὐναντίον.
Χορὸν δὲ Νεφελῶν ὡς ἐπωφελῆ λέγων·
Καὶ τὴν ἀσέβειαν Σωκράτους διεξιών·
Ἄλλαι θ᾽ ὑπ᾽ ἀνδρὸς κατηγορίαι πικραί.
Καὶ τῶν μαθητῶν εἷς πατραλοίας ἐκτόπως.
Εἶτ᾽ ἐμπυρισμὸς τῆς σχολῆς τοῦ Σωκράτους.

8 Τὸ δὲ δρᾶμα τοῦτο τῆς ὅλης ποιήσεως κάλλιστον εἶναί φασι [1]), καὶ τεχνικώτατον. Αἱ πρῶται Νεφέλαι

dium illud cum filio, euertit et incendit Scholam Socratis. Fabula haec magna cum facundia composita est.

ALITER, VERSIBVS.

Pater Filium hortatur, vt Socrati operam det.
Et circa eum frigidarum disputationum
Affatim, et argumentorum inuentio in utramque partem.
Chorum vero Nubium vtilem dicit,
Impietatemque Socratis enarrat.
Et alia a viro acerbe [Socrati] obiiciuntur.
Et vnus discipulorum Patrem verberibus impie aggreditur.
Denique incensio Scholae Socratis.

Fabulam hanc omnium comoediarum pulcherrimam et artificiosissimam esse aiunt. Nubes priores actae

5) συγκρουσιν Br. qui vulgatam lectionem ineptam esse ait.
1) φησι Ald.

λαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει, ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου,
ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ· Ἀμειψίας δὲ, Κόννῳ.
διόπερ Ἀριστοφάνης διαῤῥιφεὶς παραλόγως, ᾠήθη
δεῖν ἀναδιδάξας τὰς δευτέρας καταμέμφεσθαι τὸ
θέατρον. ἀτυχῶν δὲ πολὺ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα,
οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν. αἱ δὲ δεύτεραι Νεφέ-
λαι ἐπὶ Ἀμεινίου Ἄρχοντος. τοῦτο δὲ ταυτό ἐστι τῷ
προτέρῳ. Διεσκεύασται δὲ ἐπὶ μέρους, ὡς ἂν δὴ ἀνα- 9
διδάξαι μὲν αὐτὸ τοῦ ποιητοῦ προθυμηθέντος, οὐκέτι
δὲ τοῦτο δι' ἥν ποτε αἰτίαν ποιήσαντος. καθόλου μὲν
οὖν σχεδὸν παράπαν μέρος γεγενημένη διόρθωσις τὰ
μὲν γὰρ περιῄρηται· τὰ δὲ πέπλεκται, καὶ ἐν τῇ
τάξει, καὶ ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχη-
μάτισται. ἃ δὲ ὁλοσχερῆ τῆς διασκευῆς τοιαῦτα ὄντα
τετύχηκεν· αὐτίκα ἡ Παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμει-
πται· καὶ ὅπου ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον

actae ſunt in Vrbe ſub Archonte Iſarcho, cum Cratinus *Pytina* vinceret, et Amipſias *Conno*. Quare Ariſtophanes cum praeter rationem reiectus eſſet, exiſtimauit oportere ſe, poſterioribus Nubibus in Scena repetitis, cum ſpectatoribus expoſtulare. Cum vero multo magis deinceps voto ſuo excideret, fabulam hanc non amplius recentauit. Poſteriores autem Nubes actae ſunt ſub Aminia Archonte. Argumentum idem eſt, quod Nubium priorum. Correcta autem et emendata eſt per ſingulas partes; et Poëtae quidem animus fuit illam in Scena denuo exhibendi; ſed qui tamen ob certam cauſam illud non fecit. Quare, vt breuiter dicam, in ſingulis partibus facta fuit emendatio. Quaedam enim deleta ſunt; quaedam aliter connexa; in nonnullis etiam tam ordo [rerum et verborum] quam perſonarum diſtinctio mutata. Et inter primarias Fabulae partes, quae correctionem paſſae ſunt; ipſa ſtatim Parabaſis Chori mutata eſt;

λαλεῖ· καὶ τελευταῖον, ὅπου καίεται ἡ διατριβὴ Σωκράτους.

10 Τὴν μὲν κωμῳδίαν καθῆκε κατὰ Σωκράτους, ὡς τοιαῦτα νομίζοντος, καὶ Νεφέλας, καὶ Ἀέρα, καὶ τί γὰρ ἀλλ' ἢ ξένους εἰσάγοντος δαίμονας. χορῷ δὲ ἐχρήσατο Νεφελῶν πρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς κατηγορίαν, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐπεγράφη. διτταὶ δὲ φέρονται Νεφέλαι. οἱ δὲ κατηγορήσαντες Σωκράτους, Μέλιτος καὶ Ἄνυτος.

ΑΛΛΩΣ. ΘΩΜΑ ΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ.

11* Ἄνυτος καὶ Μέλιτος Σωκράτει τῷ Σωφρονίσκου βασκήναντες, καὶ αὐτὸν μὴ δυνάμενοι βλάψαι, ἀργύριον ἱκανὸν Ἀριστοφάνει δεδώκασιν, ἵνα δρᾶμα κατ' αὐτοῦ συστήσηται. καὶ ὃς πεισθεὶς, γέροντά τινα Στρεψιάδην καλούμενον ἐπλάσατο ὑπὸ χρεῶν πιεζόμενον, ἃ δὴ ἀνηλώκει περὶ τὴν τοῦ παιδὸς Φειδιππίδου

item vbi Cauſa iuſta cum iniuſta diſputat; et poſtremo, vbi Schola Socratis incenditur.

Comoediam hanc [Ariſtophanes] in Scena exhibuit contra Socratem, vt qui talia ſtatueret, Nubesque et Aetherem et nullos non peregrinos Deos introduceret. Choro vero Nubium vſus eſt, viri criminandi gratia. Et ideo inſcripta fuit *Nubes*. Duplices vero feruntur *Nubes* [priores et poſteriores]. Socratis autem accuſatores fuerunt Melitus et Anytus.

ALITER. THOMAE MAGISTRI.

Anytus et Melitus Socrati infenſi, cum ipſi nocere non poſſent, ingentem pecuniae ſummam Ariſtophani dederunt, vt Fabulam contra eum conſcriptam in Scena exhiberet. Ille pretio inductus, ſenem quendam, Strepſiadem vocatum, finxit, qui aere alieno oppreſſus eſſet, propter ſumptus, in equos, quos Phidippides filius alebat,

δου ἱπποτροφίαν. οὕτω δε τούτων ἐχόντων, μὴ ἔχων ὁ Στρεψιάδης τὶ ποιήσει περὶ τὰ χρέα, βουλεύεται προσαγαγεῖν τῷ Σωκράτει τὸν τούτου [1]) παῖδα, ἵνα παρ' αὐτοῦ τὸν ἄδικον μάθῃ λόγον· καὶ οὕτω τοὺς δανειστὰς ἀποκρούσηται. Φειδιππίδης μὲν οὖν πολ- 12
λὰ δεηθέντος τοῦ πατρὸς, προσελθεῖν οὐκ ἐπείσθη [2]). ἀποτυχὼν δὲ ὁ πρεσβύτης τῆς ἐπ' ἐκεῖνον [3]) ἐλπίδος, καὶ οὐκ ἔχων ὅστις καὶ γένηται, εἰς δεύτερον εἶδε [4]) πλοῦν. οὐδὲν γὰρ τῆς ἡλικίας Φροντίσας, οὐδ' ἐνθυμηθεὶς εἴ τισιν ἄτοπος δόξειεν ἀνὴρ γήρας [5]) οὐδῷ μανθάνειν, καθάπερ κομιδῇ νέος, ἀρχόμενος, ἀλλ' εἰς ἓν ἀφεωρακὼς μόνον ἐκεῖνο, ἐὰν ἄρα οἷός τε γένη-

A 5 ται

bat, impenſos. Cum vero haec ita ſe haberent, et Strepſiades ſe aere alieno exoluere non poſſet, conſilium init filium ſuum Socrati in diſciplinam tradendi, vt ab eo iniuſtam diſceptationem diſcat, et ſic debitores eludat. Phidippides autem, quamuis patre ipſum obnixe rogante, [Socratem] adire recuſauit. Senex igitur, cum hac ſpe excidiſſet, conſilii plane inops, ſecundam, vt aiunt, nauigationem tendandam ſibi duxit. Quare, nulla aetatis habita ratione, nec ſecum reputans, an forte abſurdum quibusdam videri poſſet, ſi vir in ipſa iam ſenectute, tanquam adoleſcens adhuc, diſcere inciperet, ſed hoc vnum tantum ſpectans, qua ratione creditores [fal-

ſis

1) τὸν ἑαυτοῦ παῖδα corrigendum eſſe, vidit iam Erneſti in Praef. ad Nubes, (Lipſiae 1753. 8) vbi multa ſcholiorum loca ſanauit, p. XV. in cod. Bauar. poſt παῖδα inſerta eſt gloſſa τὸν Φειδιππίδην δηλονότι, et verba ſequentia ſic poſita ſunt ἵνα μάθῃ παρ' αὐτοῦ τὸν ἄδικον λόγον. —

2) οὐκ ἐπείσθη προσελθεῖν cod. Bauar. —

3) ἀπ' ἐκείνου cód. Bau. —

4) ἦλθε πλοῦν h. e. aliam rationem tentauit, coniecit Erneſti l. mem. πλοῦν εἶδε cod. Bauar. idem mox οὐδὲν οὖν. —

5) ἐν γήρᾳ ος cod. Bauar. idem mox ἓν ἑωρακώς. —

ται τοὺς δανειστὰς διὰ πειθοῦς ἀποστερῆσαι τὰ χρή-
13 ματα, αὐτὸς πρόσεισι τῷ Σωκράτει. Οὐκ ἔχων δὲ ὑπηρετοῦντα τῇ νοήσει [6]) τὸν νοῦν, ἀλλὰ τοιοῦτος ὢν οἷς ἐμάνθανεν, οἷος καὶ πρὶν τῆς παιδείας ἐφῆφθαι, αὐτὸς μὲν ἀπέγνω παιδεύεσθαι. προσελθὼν δὲ τῷ παιδὶ, καὶ αὖθις πολλαῖς πεποίηκε [7]) ταῖς δεήσεσιν ἕνα τῶν Σωκράτους ὁμιλητῶν γεγενῆσθαι. ὁ δὲ καὶ γέγονε, καὶ μεμάθηκε. συνίσταται δὲ τὸ δρᾶμα ἐκ χοροῦ Νεφελῶν. ἔχει δὲ κατηγορίαν τοῦ Σωκράτους, ὅτι τοὺς συνήθεις θεοὺς ἀφεὶς, καινὰ ἐνόμιζε δαιμόνια, Ἀέρα, Νεφέλας, καὶ τὰ τοιαῦτα.

ALIVD

ſis argumentis] perſuaſos debita pecunia fraudare poſſet, ad Socratem accedit. Sed cum ingenio eſſet indocili, et talis poſt traditas diſciplinas maneret, qualis, antequam eas attingeret, fuerat, ipſe quidem omnem diſcendi ſpem abiecit: filium vero multis precibus rurſum aggreſſus, tandem induxit, vt vnus diſcipulorum Socratis fieret. Ille igitur diſcipulus factus, diſciplinis eius imbutus fuit. Drama autem conſtat ex Choro Nubium, continetque accuſationem Socratis, quod Diis vulgaribus relictis, nouos ſtatueret daemones, velut Aërem, Nubes, et ſimilia.

6) τῇ βουλήσει cod. Bauar. —

7) πέπεικε coniecerat Erneſti l. m. pag. XVI. et ſic clare ſcriptum eſt in cod. Bau. in quo paullo poſt legitur γενέσθαι. In cod. Matritenſi poſt γεγενῆσθαι addita ſunt: διὰ τούτων δὲ δείκνυσι ἀριστοφάνης ἄθεον τὸν σωκράτην ὡς ἀφέντα τοὺς συνήθεις θεοὺς, καὶ νομίζοντα νεφέλας καὶ ἀέρας. ὅθεν καὶ νεφέλαι ὠνομάσθη ἡ παροῦσα κωμῳδία. In codice nempe regio Matritenſi (teſte Iriarte in Regiae bibliothecae Matritenſis codd. graecis MSS. etc. Matriti 1769. fol. pag. 236.) legitur fabula noſtra, *Nubes* cum argumento, quod a vulgatis eſt diuerſum ideoque paullo poſt typis repetetur, et cum ſcholiis, ab iis, quae Kuſterus vulgauit, plerumque diuerſis.

ALIVD ARGVMENTVM EX COD. MATRIT.

CVM VERSIONE LATINA IRIARTE.

Πρεσβύτης τις στρεψιάδης ὑπὸ δανείων καταπονούμενος διὰ τὴν ἱπποτροφίαν, (adde τοῦ παιδὸς,) δεῖται τούτου φοιτήσαντος εἰς τὸν σωκράτην μαθεῖν τὸν ἄδικον λόγον· ὅπως μηδενὶ τῶν δανειστῶν μηδὲν ἀποδώσῃ. μὴ βουλομένου δὲ τοῦ παιδὸς εἰσέρχεται αὐτός· καὶ μὴ δυνάμενος μαθεῖν διὰ τὸ γῆρας ἐκδιώκεται. ὑποστρέψας δὲ καὶ τῷ υἱῷ πείσας ἤγαγεν αὐτὸν τῷ σωκράτει· ὃς καλέσας τὸν δίκαιον λόγον καὶ ἄδικον καὶ αἵρεσιν τῷ νέῳ δοὺς ἐκλέξασθαι, διδάσκει ἐκεῖνον τὸν ἄδικον λογον· μαθὼν δὲ ὁ υἱὸς ὅπερ ἐβούλετο ὁ πατὴρ καὶ τὴν παχύτητα ἐκείνου μὴ καταγνοὺς τύπτει τὸν πατέρα αὐτὸν ἑστιῶντα. ὁ δὲ, ἀλγήσας

Senex quidam Strepsiades ex aere alieno laborans ob equorum, quos alebat filius, impensas, hunc Socratis scholam frequentantem rogat, vt iniustam caussam ediscat, cuius ope nihil creditoribus soluat. Nolente filio, adit ipse (*Socratem*); et quum ediscere propter senectutem non posset, (e schola) eiicitur. Reuersus vero, persuasit filio, ipsumque ad Socratem duxit, qui iusta et iniusta Caussa euocatis, et eligendi optione adolescenti data, illum iniustam Caussam edocet. Quum autem filius edidicisset, quod volebat pater, eius stupiditatem minime obiurgans; ipsum patrem epulantem verberat. Is vero aegre

uersis, quippe quae, ait Iriarte, nunc breuiora, nunc fusiora; modo alios locos, modo eosdem aliter explanantia. Habet is praeterea nonnullas adnotationes ad oram adscriptas.

γήσας διὰ τὴν τοῦ παιδὸς ἀσέβειαν ἀπελθὼν κατακαίει τὸ Φροντιστήριον νομίσας σωκράτην αἴτιον τῆς ἀσεβείας τοῦ παιδὸς εἶναι. κατηγορεῖ δὲ ἐνταῦθα τοῦ σωκράτους ὡς ἀσεβοῦς καὶ ξένους θεοὺς ἐπεισάγοντος ἀφέντος τοὺς συνήθεις. ἐπιγράφεται δὲ νεφέλαι. διότι παρεισάγεται χορὸς νεφελῶν ὁμιλῶν τῷ σωκράτει· οὓς ἐνόμιζε θεὰς ὡς ἀριστοφάνης κατηγορεῖ. ὁ γὰρ ἄνυτος καὶ μέλιτος φθονοῦντες σωκράτει καὶ μὴ δυνάμενοι ἄλλως βλάψαι ἢ φανερῶς κατηγορῆσαι μεγάλου ὄντος· ἱκανὸν ἀργύριον δεδώκασιν ἀριστοφάνει ταύτην τὴν κωμῳδίαν κατ' ἐκείνου γράψαι. Τὰ δὲ πρόσωπα στρεψιάδης, φειδιππίδης, μαθητὴς σωκράτους, σωκράτης, χόρος νεφελῶν, δίκαιος λόγος, ἄδικος λόγος, πασίας δανειστὴς, μάρτυς.

aegre ferens impietatem filii, diſcedit, et Socratis ſcholam, eum impietatis filii auctorem ratus, incendit. Hic Socratem adcuſat (*Ariſtophanes,*) vt impium, vt peregrinos inducentem deos, conſuetos relinquentem. (*Fabula*) inſcribitur *Nubes*, quia *Nubium* chorus introducitur cum Socrate colloquens, quas ille deas credidit, vt Ariſtophanes adcuſat. Anytus enim et Melitus quum inuiderent Socrati, neque illum aliter poſſent, magna quippe auctoritate virum, laedere, quam ſi palam adcuſarent; ingentem pecuniam Ariſtophani dedere, vt comoediam hanc aduerſus illum conſcriberet. Perſonae vero (ſunt) Strepſiades, Phidippides, Diſcipulus Socratis, Socrates, Chorus Nubium, Iuſta Cauſſa, Iniuſta Cauſſa, Paſias creditor, Teſtis.

ARGVMENTVM FABVLAE
EX FRISCHLINO.

Introducit Poeta quendam Strepsiadem, noctu diuque semetipsum torquentem propter debita et aes alienum, a foeneratoribus acceptum, in quod pater se causa filii, cui equos emerat, temere coniecerat. Nam instante iam nouilunio, quo debita exigebantur, noctem iste insomnem habet. Quare accensa lucerna, sumtus et debita secum supputat: filium, qui equos et currus somniabat, e lecto excitat: orat, vt Philosophos, Socratem et Chaerephontem adeat, et ab illis Sophisticam persuadendi artem addiscat. Sic enim fore, vt creditoribus imponat, et quod pater nihil cuiquam debeat, illis persuadeat. At Phidippides (hoc enim nomen filio) rei equestris amore adductus, Philosophicum pallorem detestatur, patrique morem gerere recusat, et conditionem respuit (a vers. 1 — 125). Quare senex omni spe, quam de filio conceperat, abiecta, ipsemet Socratem adire, et mentiendi artem, nulla aetatis ratione habita, perdiscere constituit. Non longe progressus, ad ostium Academiae, seu Lycei peruenit, atque hoc pulsat, et Socratem quaerit. Discipulus domo egrediens, cognita aduentus causa, exponit seni quaedam arcana Socratis; sed ridicula: vt sunt, de dimensione saltus pulicum, de culicibus, ore ne an podice sonum edant, et similibus. Quas subtilitates homo rusticus primum admiratur: deinde in Scholam introducitur; vbi conspicatus forte globum coelestem et terrestrem affabre factum, nonnulla de situ Vrbium et Insularum, deque erudito puluere ridicule docetur. Ibidem in calatho consistentem Socratem, quasi a terra submotum, et in sublimiori loco coelum contemplantem (a v. 126 — 221); salutat: causam aduentus exponit: doceri cupit: mercedem sancte per Iouem promittit. Ille Iouis audito nomine, negat esse Iouem, et praeter Nu-

bes

bes nulla restare vsquam numina. Mox homine rustico sacris Philosophicis initiato (a v. 222 — 261), Nebulas inuocat, vt hae sibi in Strepsiade informando opem ferant (a v. 262 — 274). Introgressis muliebri specie in Theatrum Nubibus, docet Socrates, illas esse Sophistarum Deas: easdem tonare et fulgurare. Hac de causa etiam a Strepsiade adorantur: eique omnem operam pollicentur Nubes. Quare iterum rogat Socratem Strepsiades, vt Sophisticam se doceat: promittit omnem diligentiam cum laborum et plagarum tolerantia coniunctam, dummodo rabula fiat, et a debitis liberetur (a v. 275 — 455). Annuit Socrates, et homini suam operam promittit: exploratis tamen prius ingenii viribus, facultate Memoriae et dono facundiae. Postea introductum in scamno collocat, et quae facere eum velit, paucis admonet (v. 456 — 509). Illis e proscenio digressis, Nubium Chorus de Aristophanicis Comoediis et de hac cumprimis, ad spectatores verba facit: Poetam laudat: alios Comicos reprehendit. Hinc orationem ad Deos conuertit, et Iouem, Neptunum, Solemque inuocat. Mox iterum ad spectatores conuersus, Athenienses accusat, quod Nubibus sacra non faciant, et ingrati sint pro Cleone, a se tempestatibus interemto. Hinc Apollinem, Dianam, Mineruam et Bacchum Chorus adorat. Postremo rursus quaedam in ciuibus vituperat (v. 510 — 626). Redit interim in Scenam cum Strepsiade Socrates, et de Hominis hebeti ingenio conqueritur: simul varia ex ipso interrogat. At ille rogatus de cepis, semper respondet de alliis, ac nihil paene in ore habet, quam λόγον ἥττονα καὶ κρείττονα: hoc est, quemadmodum caussa inferior dicendo fieri possit superior: sicut haec nomina interpretatur Cicero in *Bruto*. Socrates hominem agresti ingenio praeditum monet, artem Grammaticam primo illi discendam, vt possit masculinum discernere a foeminino. Ibi iocosa et lepida de Nominum quorundam generibus oboritur disputatio, sed inutilis et ociosa.

ociosa. Tandem scamno insidere et secum meditari iubetur rusticus. Sed vexatus a cimicibus, Socratem rogat, vt celeriter rem expediat, cuius ipse gratia aduenerat. Ille mollitiem hominis incusat, et animum nunc huc, nunc illuc diuidere, adeoque in omnes partes rapere iubet, vt inde viam inueniat, qua suos debitores defraudet. Quare operto capite rusticus senex mirabiles technas excogitat, quibus foeneratores possit in fraudem inducere. Sed cum aetatis vitio nimium esset obliuiosus, nec firmiter praecepta Socratis retinere posset, suadente Nubium Choro, filium accersitum abit, vt ipse Sophisticam in schola Socratis addiscat (a vers. 627 — 811). Aegre hunc illo pertractum, et precibus minisque adactum, vix tandem adducit: forte iurantem per Iouem castigat: narrat Socratis subtilitates, et vitam sordidam: ad extremum Socrati eundem commendat, et bona spe vtrinque accepta, recedit (a v. 812 — 885). Tum duo viri accedunt, vna cum Nubium Choro: alter Dicaeus, id est, iustus: alter Adicus, id est, Iniustus, qui mutuis conuitiis et calumniis digne et indigne se persequuntur. Choro litem et altercationem sedante, et ferente leges disputationis (a v. 886 — 957), ambo iuuenem aggrediuntur, non aliter atque Herculem illum Prodicium Virtus et Voluptas. Prior sententiam dicit Iustus, et mores antiquitatis bonos ac frugales commendat: simul Phidippidem exhortatur, vt relicto Adico et Nubibus, se consequatur. Huic magnis clamoribus se opponit Adicus, et vitae voluptuariae commodis monstratis, Temperantiae vero et aliarum virtutum incommodis, Iuueni persuadet, vt suae insistat viae: simulque pluribus conuitiis Dicaeum e schola profligat (a v. 958 — 1102). Strepsiadae oranti et instanti denuo Socrates fidem et diligentiam, optatumque studiorum euentum pollicetur. Chorus vero spectatorum aequanimitatem expetit, pro qua foecundas illi pluuias pollicetur (a v. 1103 — 1128). Vexatus interim summa creditorum, in quos inciderat, importunitate et minis Strepsiades

psiades redit ad Socratem, sperans filium suum aliquid in arte sophistica iam profecisse (a v. 1129 — 1170). Idque vbi cognouit, vehementer laetatur, et filium iam doctiorem salutat, ipsumque praestigiarum suarum specimen aliquod exhibentem, summopere admiratur. (a v. 1171 — 1215). Adueniunt ibi duo creditores, foenus ab illo postulaturi, Pasias et Amynias, vterque cum teste. Sed vtrumque eludit Strepsiades: alterum, quod artem Grammaticam non didicisset, nec Masculinum a Foeminino posset discernere, eaque de causa nihil ei deberi affirmat. Alterum vero, quod, cum meteororum sit ignarus, nihil ipse debeat pro mutuo exigere. Sic vtrumque a sua domo remouet. Ipse cum filio instituit conuiuium. Interim Chorus malum, quod statim euenit, Strepsiadae praedicit, quod, cum veterator sit, etiam dignum suis fraudibus accepturus sit stipendium (a v. 1216 — 1323). Subitus ergo tumultus oritur, in quo verberatus a filio Phidippide pater, iniuriam queritur spectatoribus. Sed filius, Sophisticam edoctus, iuste a se verberatum esse patrem ostendit, propterea quod ipse in conuiuio Simonidem et Aeschylum laudasset, Euripidem vero reprehendisset. Patre paterna obiiciente beneficia filio, et ingratitudinem istam exprobrante, Phidippides copiosis verborum praestigiis probare conatur, contra legis edictum parentes iuste a filiis verberari, et insuper matri quoque verbera minatur (a v. 1324 — 1475). Quibus rebus commotus atque irritatus Strepsiades, damnatis Nubibus, et Socratis sophismatis, seruum suum adhortatur, vt arrepto ligone scholam Socratis diruat: simul ipse etiam accensis facibus eandem incendit ac diripit (a vers. 1478 — finem).

NVBES DRAMA
QVANDO ET QVO SVCCESSV COMMISSVM.
EX SAMVELIS PETITI
Miscell. lib. I. cap. VI.

ΝΕΦΕΛΑΙ.

Argumentum huius dramatis notum est, vel ex iis, quae refert Aelianus Variae Historiae Lib. XII. cap. XIII. Quo maximam apud omnes bonos inuidiam sibi creauit Aristophanes, qui illud docuit contra antagonistas Cratinum et Amipsiam, Dionysiis, Praetore Athenis Isarcho, Olympiadis octogesimae nonae anno primo. Anonymus in Descriptione Olympiadum ad huic annum: Αἱ πρῶται Νεφέλαι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει. Didascaliae praefixae huic dramati: Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ Ἄρχοντος Ἰσάρχου. Quidam in Diodori Siculi codicibus legunt hoc Archontis nomen Ἴπαρχος. Etsi autem haec fabula neque inuentionum acumine, neque iocorum salibus destitueretur, tamen, nescio quo fato, exacta est, nec stetit. Quare miror, quid in mentem venerit Aeliano, et a quo acceperit, cum narrat Aristophanem cum plausu fuisse a populo exceptum, et iussos iudices victorem eum renunciare: Ἄκουσμα ἔδοξεν ἥδιστον αἵδε αἱ Νεφέλαι, καὶ ἐκρότουν τὸν ποιητὴν ὡς οὔποτε ἄλλοτε, καὶ ἐβόων νικᾶν· καὶ προσέταττον τοῖς κριταῖς ἄνωθεν Ἀριστοφάνην, ἀλλὰ μὴ ἄλλον γράφειν. At contra legimus in veterum Criticorum Didascaliis, ὅτε Κρατῖνος μεὶ ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ. Anonymus in Descriptione Olympiadum, loco laudato: Κρατῖνος νικᾷ Πυτίνῃ· Ἀμειψίας τὸ δρᾶμα Κόννον διδάσκει. Victus est scilicet Aristophanes in commissione huius fabulae a Cratino et Amipsia. Qua re commotus, vix sibi temperauit, quin populo conuitium faceret, iterata anno sequenti editione huius dramatis, ideo inscripti:

ΝΕΦΕΛΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ,

quae eadem paene est fabula cum priore: pauca quippe sunt immutata, quaedam expuncta; alia vix interpolata, idque vel in serie et ordine, vel in personis. Acta est igitur haec Fabula anno secundo Olympiadis octogesimae nonae, Archonte Aminia. [1] Anonymus in Descriptione Olympiadum ad hunc annum: *Αἱ δευτέραι Νεφέλαι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν.* Idque rursum Liberalibus, si quid iudico. Nam quando *Vespas* docuit, nondum *τὰς δευτέρας Νεφέλας* ediderat Aristophanes, quia Dramate *Vespis* conqueritur tantum de infelici commissione Fabulae anno praeterito, quo *τὰς πρώτας Νεφέλας* docuerat. Eius verba sunt:

Ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν ἔτι καὶ νυνὶ πολεμεῖ, φησίν τε μετ' αὐτοῦ
Τοῖς ἠπιάλοις ἐπιχειρῆσαι πέρυσιν καὶ τοῖς πυρετοῖσιν,
Οἳ τοὺς πατέρας τ' ἦγχον νύκτωρ, καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον·
Κατακλινόμενοί τ' ἐπὶ ταῖς κοίταις, ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν ὑμῶν,
Ἀντωμοσίας, καὶ προσκλήσεις, καὶ μαρτυρίας συνεκόλλων.
Ὥς τ' ἀναπηδᾶν δειμαίνοντας πολλοὺς ὡς τὸν Πολέμαρχον·
Τοιόνδ' εὑρόντες ἀλεξίκακον τῆς χώρας τῆσδε καθαρτὴν,
Πέρυσιν καταπρούδοτε, καινοτάταις σπείροντ' αὐτὸν διανοίαις,
Ἃς ὑπὸ τοῦ μὴ γνῶναι καθαρῶς ὑμεῖς ἐποιήσατ' ἀναλδεῖς.
Καί τοι σπένδων, πόλλ' ἐπὶ πολλοῖσιν ὄμνυσι τὸν Διόνυσον,
Μὴ πώποτ' ἀμείνον' ἔπη τούτων κωμῳδικὰ μηδέν' ἀκοῦσαι.

Scholia:

Scholia: Πέρυσι γὰρ τὰς Νεφέλας ἐδίδαξεν, ἐν αἷς τοὺς περὶ Σωκράτην ἐκωμῴδησεν. Τὸ δὲ, τοὺς πατέρας ἦγχον, λέγει διὰ τὸν ἥττονα λόγον, τὸν πατραλοίαν· ἢ διὰ τὸν ὑπ' αὐτοῦ, ὥς φησι, πέρυσιν εἰσαχθέντα ἐν Νεφέλαις, τὸν τύπτοντα τὸν πατέρα αὐτοῦ. Ἄλλως. Ὅτι πέρυσι διδάξας τὰς πρώτας Νεφέλας ἡττήθη. Docuit igitur Ariſtophanes τὰς δευτέρας Νεφέλας, poſt editionem *Veſparum*. Docuit autem *Veſpas* anno hoc ſecundo octogeſimae nonae Olympiadis, Aminia Archonte, Liberalibus Lenaeis. Quare ſi hoc eodem anno τὰς δευτέρας Νεφέλας edidit, vt certum eſt edidiſſe, omnino eas Liberalibus κατ' ἄστυ edidit. Nam non eſt, quod aliquis ſuſpicetur, Ariſtophanem docuiſſe iſtud drama Antheſteriis, quae τὰ κατ' ἄστυ praecedunt: nondum enim erat inſtitutum, vt Antheſteria Dionyſia celebrarentur agone Comicorum. Inſtitutum id demum anno tertio Olympiadis nonageſimae tertiae, praetore Athenis Callia, qui in Praetura excepit Antigenem, vt conſtat ex Ariſtotelis Didaſcaliis, et a nobis alibi, deo dante, dicetur. Quanquam paulo poſt mutauit hic mos, neque amplius datae ſunt Comoediae Antheſteriis Liberalibus, Cineſia Ariſtophanis aequali auctore: donec tandem obſoletum hunc morem Rhetor Lycurgus renouauit. Sed ad rem. Drama iſtud agitur recentatum a ſe, τῶν δευτέρων Νεφελῶν nomine docuit Ariſtophanes hoc anno ſecundo Olympiadis octogeſimae nonae, Archonte Aminia, Dionyſiis: verum non meliore ſucceſſu, quam ante illud τῶν πρώτων. Exactum enim quoque eſt, vnde animum omnino abiecit hanc Fabulam rurſum limandi et recentandi, vt de nouo in Scenam produceret. Veteres Critici in Didaſcaliis poſtquam obſervarunt Ariſtophanem victum fuiſſe in commiſſione τῶν πρωτῶν Νεφελῶν, addunt: Διόπερ Ἀριστοφάνης ἀποῤῥιφεὶς παραλόγως, ᾠήθη δεῖν ἀναδιδάξας τὰς δευτέρας Νεφέλας καταμέμφεσθαι τὸ θέατρον. ἀτυχῶν δὲ πολὺ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα,

οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν. αἱ δὲ δεύτεραι Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐπὶ Ἀμινίου Ἄρχοντος. τοῦτο δὲ ταὐτό ἐστι τῷ προτέρῳ. διεσκεύασται δὲ ἐπὶ μέρους, ὡς ἂν δὴ ἀναδιδάξαι μὲν αὐτὸ τοῦ ποιητοῦ προθυμηθέντος· οὐκέτι δὲ τοῦτο δι' ἣν ποτε αἰτίαν ποιήσαντος. καθόλου μὲν οὖν σχεδὸν παράπαν μέρος γεγενημένη διόρθωσις. τὰ μὲν γὰρ περιῄρηται, τὰ δὲ πέπλεκται, καὶ ἐν τῇ τάξει, καὶ ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται. Puteni in hunc cenfum venire, quae leguntur etiamnum hodie ἐν Νεφέλαις, quae fuperfunt, de Aminia. Nam oblique rectoque nomine ridet Archontem Athenienfem illius anni, qui Aminias vocabatur: quo Praeturam gerente, pofteriores docuit *Nebulas*. Cum enim lege effet vetitum, fummum Magiftratum ὀνομαστὶ in Comoedia traducere, mutauit literulam Ariftophanes, vt poffet impune τωθάζειν. Scholia Comici verf. 32: Τὸν Ἄρχοντα διασύρειν βουλόμενος, τῇ Ἀμυνίου προσηγορίᾳ ἐχρήσατο. τότε γὰρ ἦρχεν Ἀμινίας Προνάπου υἱός. ἐκεῖνον οὖν ἐπισκῶψαι θελήσας, παρέτρεψε τὸ ι εἰς υ, καὶ παρεγραμμάτισε γελοίως· ἐπεὶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ νόμος φανερῶς ἐκώλυε τὸν Ἄρχοντα κωμῳδεῖν. Ἀμύνιαν δ' αὐτὸν εἶπεν, ἀντὶ τοῦ Ἀμινίαν. Hinc liquet, tum nomen huius Praetoris apud Diodorum Siculum, Anonymum in Defcriptione Olympiadum ad hunc annum, alios, vitiofe fcribi Ἀμυνίας, cum verum fit Ἀμινίας: tum etiam haec effe e pofterioribus *Nebulis*, vt et illa verba, quae cum Strepfiade commutat Amynias danifta. Nam quod extat hodie *Nebularum* drama, nobis videtur effe ex vtrisque *Nebulis*, prioribus et pofterioribus, conflatum; atque vel hinc colligi poteft, quod in pofterioribus Nebulis immutata fit Chori Parabafis, vt docent Veteres Magiftri ad hoc drama: Ἃ δὲ ὁλοσχερῆ τῆς διασκευῆς τοιαῦτα ὄντα τετύχηκεν, αὐτίκα ἡ Παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμειπται. Atque haec eft, quae hodie legitur, diuina certe; cuius

initium,

initium, Ὦ θεώμενοι v. 518 sqq. Nam nisi ad secundam *Nebularum* editionem haec referri non possunt:

Πρώτους ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς, ἣ παρέσχε μοι
Ἔργον πλεῖστον. εἶτ' ἀνεχώρουν ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν
Ἡττηθεὶς, οὐκ ἄξιος ὤν. ταῦτ' οὖν ὑμῖν μέμφομαι
Τοῖς σοφοῖς· ὧν οὕνεκ' ἐγὼ ταῦτ' ἐπραγματευόμην.

Conqueritur namque de infausta priorum *Nebularum* commissione, in qua victus est a Cratino et Amipsia, et iniusta Iudicum sententia. Itaque Scholia notant ad haec verba, Ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν] Τῶν κριτῶν. τοῦτο ἐπὶ τῶν προτέρων Νεφελῶν, ἐπεὶ Κρατίνου καὶ Ἀμειψίου δεύτερος ὤφθη. Et id versus eiusdem Parabaseos ostendit (v. 543):

Οὐδ' εἰσῆξε δᾷδας ἔχουσ', οὐδ' ἰοὺ ἰοὺ βοᾷ.

Haec de se dicit Poëta, qui extrema fabula in priori commissione docuerat (quod et hodie legitur) Socratis aedes incendi, eo frustra eiulante. Scholia: Τὰς δὲ δᾷδας καὶ τὸ Ἰοὺ Ἰοὺ ἐν Νεφέλαις τὸ πρῶτον· ἐπεὶ πεποίηκεν ἐν τῷ τέλει τοῦ δράματος καιομένην τὴν διατριβὴν τοῦ Σωκράτους, καί τινας τῶν φιλοσόφων λέγοντας Ἰοὺ Ἰού. ἐν δὲ ταῖς πρώταις Νεφέλαις τοῦτο οὐ πεποίηκεν. Luculentus est locus et insignis, sed quem deformat postremis verbis negatiua particula οὐ. Rescribo, ἐν δὲ ταῖς πρώταις Νεφέλαις τοῦτο ἰοὺ πεποίηκεν. Idque satis ostendunt Scholiastae praecedentia verba: et obseruare nos iubent veteres Critici in Didascaliis mutatum et recentatum fuisse a Comico ἐν ταῖς δευτέραις Νεφέλαις, quod ἐν ταῖς πρώταις legebatur: Ἃ δὲ ὁλοσχερῆ τῆς διασκευῆς τοιαῦτα ὄντα τετύχηκεν, αὐτίκα ἡ παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμειπται· καὶ ὅπου ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λαλεῖ· καὶ τελευταῖον, ὅπου καίεται ἡ διατριβὴ Σωκράτους. Quaedam etiam esse videntur a tertiis curis, vbi scilicet meminit fabulae illius Eupolidis, cui titulus Μαρικᾶς.

 Nam

Nam docuit Eupolis Maricam biennio poſt priores *Nebulas*, ſcilicet poſt mortem Cleonis, hoc eſt, anno tertio Olympiadis octogeſimae nonae, Archonte Alcaeo. Ideo notant Critici ad Nebulas: Δῆλον οὖν ὅτι κατὰ πολλοὺς τοὺς χρόνους διεσκεύασε τὸ δρᾶμα. Eratoſthenis verba ſunt e Libro περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας, vt puto: Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς Διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τῶν Νεφελῶν τὸν Μαρικᾶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου, ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δὲ αὐτὸν, inquit Eratoſthenes, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν· ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον. αἱ Διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι. E quibus verbis colligimus varie interpolatum fuiſſe, variisque temporibus, a Poeta hoc drama Νεφέλας. Nam primo illud docuit Archonte Iſarcho: Recentatum anno ſequenti, Aminia Athenis Praetore, actum eſt et commiſſum titulo τῶν δευτέρων Νεφελῶν. Demum poſtquam docuiſſet Eupolis *Maricam*, Alcaeo Archonte, tertium correxit tantum ſcripſitque, non autem produxit in ſcenam. Itaque mirum non eſt, ſi in Didaſcaliis locum non habuit haec fabula tertium correcta; eam quippe Poeta non habuit. Atque in hac tertium interpolata meminit *Maricae*, quam fabulam edidit Eupolis paulo poſt mortem Cleonis: Καὶ γὰρ Εὔπολις μετὰ θάνατον Κλέωνος τὸν Μαρικᾶν ἐποίησεν. Atqui Alcaeo Athenis Archonte, vt teſtantur Hiſtorici, ſupremum in Thracia Cleo diem obiit. Addo, videri et quartum correctam fuiſſe hanc fabulam poſt nauale illud praelium, quo Athenienſes anno tertio Olympiadis nonageſimae tertiae, Callia Archonte, Lacedaemonios ad Arginuſas vicerunt, ſi ſtandum eſt interpretationi veterum Grammaticorum ad hos e *Nebulis* verſus (v. 6):

Ἀπόλοιο δῆτ', ὦ πόλεμε, πολλῶν οὕνεκα,
Ὅτ' οὐδὲ κολάσ' ἔξεστί μοι τοὺς οἰκέτας.

Φασὶν

Φασὶν ὡς Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίοις ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχήσειν μέλλοντες, προεῖπον τοῖς δούλοις, ὡς εἴ τις αὐτῶν συμπαρατάξεται τῇ ναυμαχίᾳ, τιμῆς εἰς τὸ λοιπὸν ἀπολαύσειεν. Βοηθησάντων οὖν τῶν δούλων, Λακεδαιμονίους ἐνίκησαν. Sed vix iſta nobis perſuadent Magiſtri. Ratio autem, cur haec dicantur a Comico, non tantum eſt, ne ad hoſtes transfugerent, quod adnotauit interpres; ſed etiam ne poſſent aduerſus dominos πρᾶσιν αἰτεῖν, et illos actione ἀποστασίου conuenire: id enim iuris erat ſeruorum, ſi dura et iniqua foret ſeruitus. Cum autem vndique premerentur Athenienſes bello Peloponneſiaco, certiſſimus maximusque prouentus erat e ſeruorum artificio. Legibus namque ſeruos ἀργοὺς non licebat alere. Quare metuunt domini, ne, ſi male aut duriter habeant, ſerui iis ipſis inuitis libertatem conſequantur.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.	DRAMATIS PERSONAE.
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.	STREPSIADES [Senex ruſticus].
ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.	PHIDIPPIDES [filius Strepſiadis].
ΘΕΡΑΠΩΝ ΣΤΡΕΨΙΑΔΟΥ.	FAMVLVS STREPSIADIS.
ΜΑΘΗΤΗΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ.	DISCIPVLVS SOCRATIS.
ΣΩΚΡΑΤΗΣ.	SOCRATES.
ΧΟΡΟΣ ΝΕΦΕΛΩΝ.	CHORVS NVBIVM.
ΔΙΚΑΙΟΣ ΛΟΓΟΣ.	IVSTVS ORATOR.
ΑΔΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ.	INIVSTVS ORATOR.
ΠΑΣΙΑΣ, δανειστής.	PASIAS, foenerator.
ΑΜΥΝΙΑΣ, δανειστής.	AMYNIAS, foenerator.
ΜΑΡΤΥΣ.	TESTIS.
ΧΑΙΡΕΦΩΝ.	CHAEREPHO.

Ἡ εἴσθεσις [1]) τοῦ δράματος ἄρχεται ἐκ συστηματικῆς περιόδου, καὶ ἑξῆς ἐκ προσώπων ἀμοιβαίων. οἱ δὲ στίχοι εἰσὶν ἰαμβικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι σνθ´. τῶν προτίθεται ἐν ἀρχῇ τοῦ δράματος κῶλον ἰαμβικὸν μονόμετρον ἀκατάληκτον. Ἐν εἰσθέσει κῶλον ἰαμβικὸν μονόμετρον ἀκατάληκτον· καὶ μετὰ τὸν διακοσιοστὸν εἰκοστὸν, ἕτερον κῶλον ἰαμβικὸν μονόμετρον καταληκτον. τελευταῖος δὲ πάντων τούτων οὗτος·

Καταπαττόμενος γὰρ παιπάλη γενήσομαι.

Ἐπὶ ταῖς ἀποθέσεσι τῶν συστημάτων παράγραφος. ἐπὶ δὲ τῷ τέλει πάντων τῶν στίχων κορωνίς.

1) De vocabulo εἴσθεσις v. Erneftum in Praef. pag. XVI. Totum hoc lemma deeft in cod. Bauarico: fubiicitur vero nominibus: Προλογίζει ὁ στρεψιάδης· Ἐπιγράφεται τὸ δράμα νεφέλαι Ἀριστοφάνου.

ΑΡΙ-

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΝΕΦΕΛΑΙ.

ACTVS PRIMI

ΤΡΙΜΕΤΡΟΙ ΙΑΜΒΙΚΟΙ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ, ΘΕΡΑΠΩΝ.

Ιοὺ, ἰού.
Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, ὅσον

ARISTOPHANIS NVBES.

SCENA PRIMA.

TRIMETRI IAMBICI.

STREPSIADES, PHIDIPPIDES, PVER.

STR. Io, Io!
O Rex Iupiter, nox haec quanta est!

Fine

1. In codice Bauarico versus sunt saepius aliter distincti. Sic primus statim versus: Ἰοὺ — νυκτῶν vnus versus. Versus 8 sqq. hanc habent distinctionem et seriem:

ἀλλ' — νεανίας ἐγείρεται
τῆς νυκτὸς — ἐν πέντε
σισύραις — ἀλλ' εἰ
δοκεῖ etc. et sic frequenter. — Diei tempus, quo fabula inchoatur, est noctis pars, inter gallicinium et primum diluculum, ὄρθρον βαθύν. Scena repraesentabat cubiculum Strepsiadis, hominis rustici, ipsum in grabato

Ἀπέρατον; οὐδέποθ' ἡμέρα γενήσεται;
Καὶ μὴν πάλαι γ' ἀλεκτρυόνος ἤκουσ' ἐγώ·
Οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν, ἀλλ' οὐκ ἂν προτοῦ.
Ἀπόλοιο δῆτ', ὦ πόλεμε, πολλῶν οὕνεκα,
Ὅτ' οὐδὲ κολάσ' ἔξεστί μοι τοὺς οἰκέτας.

Ἀλλ'

Fine caret: nunquamne dies fiet?
Atqui dudum ego audiui gallum;
Serui tamen ſtertunt; at antehac id non *feciſſent.*
Pereat itaque bellum, multis de cauſis;
Cum nec ſeruos mihi caſtigare licet.

Sed

grabato cubantem; ſeruulos complures haud procul ab eo iacentes ſtertentesque; cernebatur etiam Phidippidis filii, equos curſumque equorum per quietem videntis et moderantis, lectus. Strepſiades in ſomnis ſecum ipſe loquitur; conquerens, vt ſolent, qui curis praeſertim diſtricti peruigilant, immanem noctis longitudinem: vt verbis vtar cl. *Schützii*, Profeſſoris Ienenſis, qui has Nubes iterum in vſum lectionum e Brunckiana potiſſimum recenſione edidit, Halae 1786. mai. 8. — Poſt leniter excitat filium, rogat eum, vt mores mutet, e feneſtra oſtendit ei ſcholam Socratis, a quo diſcat artem eludendorum debitorum. Filius calumniatur Socratem, ſpernit patris monita, et ſcena abit (v. 78 — 125). Sic poeta ludum quaſi aperit, ſuam declarat mentem, patris filiique ingenium ab initio callide pingit, et ſpectatores praeparat.

3. ἀπέραντον edidit Br. e quatuor codd. quibus accedit cod. Elbing. cum MSS. Vat. et Arund. ſic infra v. 393 codd. cum impreſſis eamdem formam exhibent. et ἀπέραντον multo frequentius legitur apud Atticos ſcriptores, quam ἀπέρατον. v. Valcken. ad Euripid. Hippolyt. v. 678 et v. 883. vide ad ſchol.

5. πρὸ τοῦ diuiſim Brunk. ſupple ἔρεγκον, ante ſcil. tempus hoc, quo bellum Peloponneſiacum, quod hic notatur, non erat, non ſtertuiſſent, non licuiſſet illis.

6. ἀπόλλοιο cod. Elbing.

7. Brunck dedit ὅτι οὐδὲ κολάσαι ἔξεστί μοι. malit tamen ὅτι τ' οὐδέ, vel, quod reſcripſit Schützius, ὅτι δ' οὐδέ,

'Αλλ' οὐδ' ὁ χρηστὸς οὑτοσὶ νεανίας
'Εγείρεται τῆς νυκτὸς, ἀλλὰ πέρδεται
'Εν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος.
'Αλλ', εἰ δοκεῖ, ῥέγκωμεν ἐγκεκαλυμμένοι.
'Αλλ' οὐ δύναμαι δείλαιος εὕδειν, δακνόμενος
'Υπὸ τῆς δαπάνης, καὶ τῆς φάτνης, καὶ τῶν χρεῶν,
Διὰ τουτονὶ τὸν υἱόν. ὁ δὲ κόμην ἔχων,
'Ιππάζεταί τε, καὶ ξυνωρικεύεται,

'Ονει-

Sed neque bonus iste adolescens
Expergiscitur *tota* nocte, verum pedit
Quinque lodicibus inuolutus.
Sed, si videtur, stertamus obtecti.
At non possum dormire miser, qui mordeor
A sumtibus, et praesepi, et debitis,
Propter istum filium. Ille vero comam alens,
Equitat, et bigas agit,

Et

οὐδὲ, copula enim desideratur: *male pereas, o bellum! cum ob multa alia, tum vero, quod ne castigare quidem belli tempore seruos licet*, ne scil. ab heris male habiti ad Lacedaemonios transfugerent. Apud Aristophanem vero quod in ὅτι nuspiam ι eliditur, Brunck scripsit ὅτι, idem κολάσαι, quoniam diphthongus elidi non debet, sed ε sequentis vocis, quod iam vidit Dawes. in Miscell. crit. p. 266. Enimuero de diphthongis nuspiam elidendis Tyrwhitt et Burgess ad Dawes. pag. 471. et Koen ad Gregorium Corinth. de dialectis aliter sensisse, infra notabimus aliquoties.

10. σισύραις] Timaeus h. v. pag. 165, (vbi v. Ruhnken,) voc. illud explicat nostro Aristoph. loco τὸ τραχὺ καὶ ἄγναπτον ἱμάτιον. H. l. est *stragulum*, quo quis in lecto inuoluitur. adde Schol. ad Ran. v. 1508. ad Aues v. 122. Vesp. v. 733. cl. Fischer indic. ad Aeschin. dialog. h. v. edit. III. dicitur fuisse integumentum secundum alios e lana ouium, (v. schol. ad Theocr. III. 25) secundum alios e pelle caprina pilis adhuc obsitum.

14. Quia eques erat, comam ornatus gratia alebat. Seruis id licitum non erat. hinc κομᾶν saepe accipitur pro *superbire*.

Ὀνειροπολεῖ θ' ἵππους· ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι,
Ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας·
Οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσιν. ἅπτε παῖ λύχνον,
Κἄκφερε τὸ γραμματεῖον, ἵν' ἀναγνῶ λαβὼν,
Ὁπόσοις ὀφείλω, καὶ λογίσωμαι τοὺς τόκους.
Φέρ' ἴδω, τί ὀφείλω; δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ.
Τοῦ δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ; τί ἐχρησάμην;
Ὅτ' ἐπριάμην τὸν Κοππατίαν. οἴμοι τάλας·

Εἰθ'

Et equos ſomniat; at ego pereo,
Quando video lunam adducere vigeſimos dies;
Nam vſurae procedunt. Accende, ſerue, lucernam,
Et effer tabulas, vt legam et ſciam,
Quot ſint quibus debeo, et vſuras computem.
Age videam, quid debeo? Duodecim minas Paſiae.
Cuius rei cauſa *debeo* duodecim minas Paſiae; ad quid iis vſus ſum?
Cum Coppatiam emerem. Hei miſer!

Vti-

17. εἰκάδας] v. ad v. 1129 ibique ſchol. Plurali numero vtitur, vt dies reliqui ſimul numerentur, qui a die viceſimo, vsque ad primum ſequentis menſis, quo foeneratores, argentum in menſem locantes, pecuniam relegere vſurasque exigere ſolebant, ſuperſunt.

18. ἅπται παῖ τὸν λύχνον cod. Elbing.

19. ἵνα γνῶ in marg. cod. Bauar. a manu recentiore. de forma et diſcrimine ἵνα cum optatiuo, (quod eſſet, *vt cognoſcerem*,) et cum coniunctiuo, (quod eſt, *vt cognoſcam*, *ſciam*) v. Dawes. Miſcell. critica p. 85 ſqq.

20. λογίσομαι Bau. et Elb.

21. Φέρ' ἴδω ſeruulo adhuc dicit, reliqua ſecum murmurat.

24. ἐξεκόπη, vt referatur ad ἵππον, cui oculus ſit eliſus, malint Kuſterus et Duckerus. atque ſenſus eſſe poteſt, vtinam equo, prius quam emtus fuiſſet, oculus fuiſſet eliſus: filius enim illum non emturus erat. At nil mutandum eſt, vt recte vidit cl. Schützius. Homini enim pauperculo et ad rem adtento leuius videbatur, oculum ſibi excudi, quam aes alienum confieri. In cod. Bau. et Elbing. v. 23. legitur συνῆχ'. ὅτ' ἐπριάμην. —

Εἴθ' ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ.
ΦΕΙΔ. Φίλων, ἀδικεῖς. ἔλαυνε τὸν σαυτοῦ δρόμον.
ΣΤΡ. Τοῦτ' ἔστι τοῦτο τὸ κακὸν, ὅ μ' ἀπολώλεκεν.
Ὀνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἱππικήν.
ΦΕΙΔ. Πόσους δρόμους ἐλᾷ τὰ πολεμιστήρια.
ΣΤΡ. Ἐμὲ μὲν σὺ πολλοὺς τὸν πατέρ' ἐλαύνεις δρόμους.
Ἀτὰρ τί χρέος ἔβα με μετὰ τὸν Πασίαν;
Τρεῖς μναῖ διφρίσκου καὶ τροχοῖν Ἀμυνίᾳ.
ΦΕΙΔ. Ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαλίσας οἴκαδε.
ΣΤΡ. Ἀλλ', ὦ μέλ', ἐξήλικας ἐμέ γ' ἐκ τῶν ἐμῶν·
Ὅτε καὶ δίκας ὤφληκα, χ' ἅτεροι τόκου
Ἐνεχυράσεσθαί φασιν. ΦΕΙΔ. Ἐτεὸν, ὦ πάτερ,
Τί

Vtinam excuſſus mihi prius fuiſſet oculus lapide.
PH. Philon, inique agis. Perfice tuum ipſius curriculum.
STR. Hoc illud eſt malum, quod me perdidit.
Nam etiam dormiens rem equeſtrem animo agitat.
PH. Quot curſibus peraguntur Equiria? (currus bellici?)
STR. Me quidem patrem tuum multis tu exagitas curſibus.
Quodnam vero debitum me inuaſit poſt Paſiam?
Tres minae pro ſella curuli et rotis Amyniae *debentur*.
PH. Abduc equum domum in puluere *prius* volutatum.
STR. At, ô miſer, euoluiſti me e meis *bonis*.
Quando et poenas iam debeo quibusdam, et alii pro vſura
Aiunt ſe pignora capturos. PH. Dic verum, pater,
Quid

in v. 25 φίλωνα Spanhem. putat non tam aurigam, quam equum hic ſic adpellari.

28. δρόμους] conf. Ruhnken ad Timaei Lexicon p. 65. Euripid. Iphig. in Aul. v. 210 ſqq.

30. με abeſt cod. Elbing.

31. μνᾶς id.

33. μέλε idem.

34. conf. Moer. v. ὤφειλε δίκην ibique Pierſon p. 426 ſq.

35. ἐνεχυράσασθαι ed. Baſ. h. l. eſt forma media, pro vſura (τόκου ſcil. ἕνεκα) *pignora ablaturos*. at infra v. 240 τὰ χρήματα ἐνεχυράζομαι eſt ſenſu paſſiuo, *pignora a me capiuntur*; Brunck iam laudauit Salmaſ. de modo vſurarum p. 549.

Τί δυσκολαίνεις, καὶ στρέφῃ τὴν νύχθ' ὅλην;
ΣΤΡ. Δάκνει με δήμαρχός τις ἐκ τῶν στρωμάτων.
ΦΕΙΔ. Ἔασον, ὦ δαιμόνιε, καταδαρθεῖν τί με.
ΣΤΡ. Σὺ δ' οὖν κάθευδε. τὰ δὲ χρέα ταῦτ' ἴσθ' ὅτι
Εἰς τὴν κεφαλὴν ἅπαντα τὴν σὴν τρέψεται.
Φεῦ. Εἴθ' ὤφελ' ἡ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς,
Ἥτις με γῆμ' ἐπῆρε τὴν σὴν μητέρα.

Ἐμοὶ

Quid ita moroſus es, et tota nocte huc illuc te verſas?
549. *εἰς τὸν* Elbing. De Cleone et Hyperbolo vide praeter schol. ad Aristoph. Pac. 680. et Spanhemium h. l., etiam schol. et Hemsterh. ad Luciani Timon. 30. pag. 142—145. tom. I.

550. *κοὐκ ἐσαῦτις ἐπεπήδησ᾽* cod. reg. *κουκέτ᾽ αὖθις ἐμπεπήδηκ᾽ αὐτῷ*, mendose cod. Bauar. vt quidam cod. Br. Bentl. ita corrigit versum: *Κ᾽ οὐκ ἔτλησ᾽ αὖθίς γ᾽ ἐπιπηδῆσαί γ᾽ αὐτῷ κειμένῳ.*

Οὗτοι δ', ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,
Τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' αἰεί, καὶ τὴν μητέρα.
Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
Ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς·
Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην, τοῦ κόρδακος οὕνεκα,
Ἣν Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.
Εἶθ' Ἕρμιππος αὖθις πεποίηκεν εἰς Ὑπέρβολον.
Ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον,

Τὰς

Isti autem, postquam semel ansam dedit Hyperbolus,
Hunc miserum assidue conculcant, et matrem *eius*.
Primum omnium Eupolis Maricam protraxit,
Cum nostros Equites malus male inuertisset (euacuasset)
Addita ad saltandum cordacem vetula quadam temulenta:
Qualem olim introduxit Phrynichus; quam deuorauit bellua marina:
Deinde Hermippus rursus in Hyperbolum fecit *quaedam*.
Sed iam omnes Hyperbolum insectantur,

Imitantes

552. αἰεὶ Brunck e duobus codd. et glossa apud illum κολετρῶσ' exponit ὑβρίζουσι: codicis C. scholion: ὃ φασὶν ἰδιωτικῶς κλοτζοκοποῦσιν, aut κλοτζοκουπαῦσιν gl. cod. regii.

553. Μαρικᾶν] Hesychius Μαρικᾶν, κίναιδον· οἱ δὲ, ὑποκόρισμα παιδίου ἄρρενος βαρβάρου *Maricas, cinaedus est; alii volunt esse deminutivum nomen pusionis barbari. Bergler.*

555. μεθύσην] v. Thom. Mag. h. v. ibique interpr. Thomas laudans locum nostrum habet — κόρδακος εἵνεκα vti in cod. Elbing. et Bauar. Brunck vero Bentleii emendationem recepit, οὕνεχ', ἥν, vt ἥν vltima fieret vox versus 555, et sequens versus Φρύνιχος etc. inciperet.

557. Brunck, vt metro consuleret, posuit:
εἶθ' αὖθις Ἕρμιππος ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον.

558. ἐρείδουσιν] *inuadunt Hyperbolum.* construitur eodem sensu quoque cum κατὰ Equit. 627. et praepositione omissa cum adcusatiuo apud Pindar. Olymp. IX. 47. vbi v. cel. Gedicke in Selectis Pindari carmin. p. 188.

Τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.
Ὅς τις οὖν τούτοισι γελᾷ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω.
Ἢν δ' ἐμοὶ καὶ τοῖσιν ἐμοῖς εὐφραίνησθ' εὑρήμασιν,
Ἐς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας εὖ φρονεῖν δοκήσετε.

ΩΔΗ ΚΑΙ ΣΤΡΟΦΗ, ΚΩΛΩΝ ιϐ'.

ΧΟΡ. Ὑψιμέδοντα μὲν θεῶν
Ζῆνα τύραννον, ἐς χορὸν
Πρῶτα μέγαν κικλήσκω·
Τόν τε μεγασθενῆ τριαί-
νης ταμίαν, γῆς τε καὶ ἁλ-
μυρᾶς θαλάσσης ἄγριον μοχλευτήν·

G 4 Καὶ

Imitantes imaginem illam meam de anguillis.
Cuicunque ergo iſta riſum mouent, is meis ne capiatur.
Si autem meis inuentis et me ipſo delectabimini,
In futurum tempus recte ſapere videbimini.

ODE ET STROPHE, VERSVVM XII.

CHOR. Sublimem Deorum
Regem Iouem, choro,
Magnumque, *vt adſit*, inuoco primum:
Deinde praepotentem tridentis
Dominum, terraeque et
Salſi maris acrem motorem:

Et

559. conf. Athenaeum VII. p. 299. cap. 13. — verſ. ſeq. in cod. Elb. deeſt μὴ et verſ. 561 proſtat τοῖς ἐμοῖς.

566. Brunck verſus ita diſtinxit:

τόν τε — ταμίαν
γῆς τε καὶ ἁλμυρᾶς
θαλασσ. — μοχλευτὴν
καὶ μεγ. — — πατέρ'
Αἰθέρα etc.

Καὶ μεγαλώνυμον ἡμέτερον πατέ-
ρ' Αἰθέρα, σεμνότατον βιοθρέμμονα πάντων.
Τόν θ' ἱππονώμαν, ὃς ὑπερ-
λάμπροις ἀκτῖσιν κατέχει
Γῆς πέδον, μέγας ἐν θεοῖς,
Ἐν θνητοῖσί τε δαίμων.

ΕΠΙΡΡΗΜΑ ΣΤΙΧΩΝ κ΄.

ΤΡΟΧΑΙΚΟΙ ΤΕΤΡΑΜΕΤΡΟΙ ΚΑΤΑΛΗΚΤΙΚΟΙ.

ΧΟΡ. Ὦ σοφώτατοι θεαταὶ, δεῦρο τὸν νοῦν προσ-έχετε.

Ἠδικη-

Et celeberrimum noſtrum patrem
Aetherem, maxime venerabilem Nutricium omnium:
Illumque equorum agitatorem, qui prae-
lucidis radiis occupat (illuſtrat,)
Terrae ſolum, magnus apud Deos
Et apud mortales Deus.

EPIRREMA, VERSVVM XX.

TROCHAICI OCTONARII CATALECTICI.

CHOR. O ſapientiſſimi ſpectatores, huc aduertite mentem.

Iniuriam

573. πέδος in cod. Elbing. et v. ſq. τε deeſt in eodem.

575. προσέχετε] Ducker legendum putat πρόσχετε, vt apud Pherecratem in ſcholio ad 563. nam tribrachys, ait, in hoc genere carminis ſeptima ſede locum habere non poteſt. at Brunck in Addendis pag. 132 reiicit illam Duckeri opinionem, quippe qui ignoraſſet, proceleusmaticum pedem in anapaeſticum verſum admitti. — Verſ. ſeq. ὑμῖν dedit Brunck e quatuor codd. quibus adſentit cod. Elbing.

Ἠδικημέναι γὰρ ὑμῖν μεμφόμεσθ' ἐναντίον.
Πλεῖστα γὰρ θεῶν ἁπάντων ὠφελούσαις τὴν πόλιν,
Δαιμόνων ἡμῖν μόναις οὐ θύετ' οὐδὲ σπένδετε,
Αἵτινες τηροῦμεν ὑμᾶς. ἢν γὰρ ᾖ τις ἔξοδος
Μηδενὶ ξὺν νῷ, τότ' ἢ βροντῶμεν, ἢ ψεκάζομεν.
Εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην Παφλαγόνα
Ἡνίχ' ᾑρεῖσθε στρατηγὸν, τὰς ὀφρῦς συνήγομεν,
Κἀποιοῦμεν δεινά· βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς·
Ἡ Σελήνη δ' ἐξέλιπε τὰς ὁδούς· ὁ δ' Ἥλιος

Iniuriam enim passae vos palam accusamus.
Nam, cum prae caeteris diis plurimum commodemus vrbi,
Nobis tamen solis omnium Deorum nec sacrificatis, nec libatis,
Quae vos conseruamus: si enim fiat expeditio aliqua (bellica)
Sine iudicio, tunc aut tonamus, aut stillamus;
Itaque Diis inuisum illum coriarium Paphlagonem
Cum eligeretis ducem exercitus, supercilia contraximus,
Et indignabamur, tonitruque erupit per fulmen:
Luna autem deseruit vias: et sol

582. ξυνήγομεν et v. 585 ξυνελκύσας, Brunck. Videtur autem, ait Bergler, tempestas illo die, quo Cleo dux est factus, orta esse, quae in noctem durauerit, vt nec Luna nec Sol videri potuerit. Itaque in sequentibus non de eclipsi Lunae et Solis loquitur; nam post Lunae eclipsin non potest fieri statim solis eclipsis, nec vice versa. Aristophanes, cui incompertae essent solarium eclipsium rationes, solis obscuritatem, aliunde ortam, pro eclipsi habuisse videtur. v. Dodwell de veter. Graecorum et Roman. cyclis diss. I. sect. 21. p. 32 sq. de hoc Aristophanis loco contra Petitum docte et copiose disputantem.

584. ἐξέλιπε τὰς] sic omnes edd. vett. et Bergler, qui tamen metri caussa malit ἐξέλειπε. Ducker cum scholiaste malit ἐξέλιπεν, vt quartus locus iambum suum recipiat. Küster ἐξέλιπέ γ' τὰς. Brunck e membr. ἐκλέλοιπε τὰς — et in Addendis

Τὴν θρυαλλίδ' εἰς ἑαυτὸν εὐθέως συνελκύσας,
Οὐ φανεῖν ἔφασκεν ὑμῖν, εἰ στρατηγήσει Κλέων.
Ἀλλ' ὅμως εἵλεσθε τοῦτον. Φασὶ γὰρ δυσβουλίαν
Τῇδε τῇ πόλει προσεῖναι· ταῦτα μέντοι τοὺς θεούς,
Ἅττ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ', ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν.
Ὡς δὲ καὶ τοῦτο ξυνοίσει, ῥᾳδίως διδάξομεν.
Ἢν Κλέωνα τὸν λάρον δώρων ἑλόντες καὶ κλοπῆς,
Εἶτα φιμώσητε τούτου τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα,
Αὖθις ἐς τἀρχαῖον, ὑμῖν εἴ τι κἀξημάρτετε,
Ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει ξυνοίσεται.

ΑΝΤΩΔΗ

Ellychnio ſtatim in ſe contracto, [*Cum ſubito ellychnium ad ſeipſum contraxiſſet*]
Negauit ſe lucere velle, ſi Cleo exercitum duceret;
Sed tamen eum elegiſtis. Aiunt enim ſtulta conſilia
Ineſſe huic ciuitati: Deos tamen
Quaecumque peccaueritis in melius conuertere.
Quomodo autem hoc etiam vobis profuturum ſit, facile docebimus.
Si Cleonem, Larum illum furti et acceptorum munerum damnaueritis,
Deinde capiſtraueritis ceruicem eius neruo,
Rurſus in priſtinum vobis, ſi quid peccatum eſt,
Et in melius id cedet Reipublicae.

ANTODE

ob metri et temporum rationem ſuam defendit lectionem, refutatque Duckeri ac reliquorum commenta.

587. conf. Eccleſ. v. 475.

590. ὡς — ξυνοίσει] Gloſſa Br. λυσιτελήσει, ὠφελήσει. Br. ipſe vertit, *iſta quo pacto conuenient.*

591. Cleonem, inhiantem ciuium bonis, propter rapacitatem comparat cum laro ſiue gauia, quae vorax eſt auis; quod eadem facile poteſt decipi: pro ſtolido quoque vſurpatur. v. ſchol. ad Plutum 913. et Hemſterhuſ. ad Luciani Timon tom. I. pag. 121.

592. *Si ligno perforato conſtrinxeritis ei collum.* In Equit. v. 1045 de eodem Cleone eadem ſententia dicit δῆσαι ξύλῳ.

593. εἴ τι κἀξημάρτετε Küſter e Vaticano corrigere iubet et Brunck e membranis repoſuit.

ΑΝΤΩΔΗ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ,
ΚΩΛΩΝ ιβ'.

ΧΟΡ. Ἀμφί μοι αὖτε, Φοῖβ' ἄναξ
Δήλιε, Κυνθίαν ἔχων
Ὑψικέρατα πέτραν·
Ἥτ' Ἐφέσου μάκαιρα πάγ-
χρυσον ἔχεις οἶκον· ἐν ᾧ
Κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν·
Ἥτ' ἐπιχώριος ἡμετέρα θεὸς,
Αἰγίδος ἡνίοχος, πολιοῦχος Ἀθάνα·
Παρνασίαν θ' ὃς κατέχων
Πέτραν, σὺν πεύκαις σελαγεῖ,

Βάκχαις

ANTODE ET ANTISTROPHE,
VERSVVM XII.

CHOR. Huc ades Phoebe Rex,
Delie, qui obtines Cynthiam
Petram excelſam:
Et tu beata quae au-
reum Epheſi templum habitas, in quo
Puellae te Lydorum magnopere colunt:
Tuque vernacula noſtra Dea,
Aegida quae moderaris, vrbis Praeſes Minerua.
Parnaſſiam item qui obtinens
Petram cum taedis fulget

Delphicas

596. Ariſtophánes haec ſumſit e Pindaro, indice Etymol. M. v. Hemſterhuſ. ad Plutum pag. 311 ſq.

604. σελαγεῖς legendum cenſet Brunck, et ante illum iam Ducker bene iudicauit, qui praeter ea monet, alte-

rum

Βάκχαις Δελφίσιν ἐμπρέπων,
Κωμαστὴς Διόνυσος.

ΑΝΤΕΠΙΡΡΗΜΑ, ΣΤΙΧΩΝ κʹ.

ΤΡΟΧΑΙΚΟΙ ΤΕΤΡΑΜΕΤΡΟΙ ΚΑΤΑΛΗΚΤΙΚΟΙ.

ΧΟΡ. Ἡνίχ' ἡμεῖς δεῦρ' ἀφορμᾶσθαι παρεσκευάσμεθα,
Ἡ Σελήνη συντυχοῦσ' ἡμῖν, ἐπέστειλε φράσαι,
Πρῶτα μὲν χαίρειν Ἀθηναίοισι, καὶ τοῖς ξυμμάχοις·
Εἶτα θυμαίνειν ἔφασκε· δεινὰ γὰρ πεπονθέναι,
Ὠφε-

Delphicas inter Bacchas conſpiciendus
Comeſſator Bacchus.

ANTEPIRREMA, VERSVVM XX.

OCTONARII TROCHAICI CATALECTICI.

CHOR. Cum nos huc proficiſci pararemus,
Luna nobis occurrit et mandauit, vt iubeamus
Saluere Athenienſes et eorum ſocios: hoc primum;
Deinde iraſci ſe aiebat, etenim atrocia perpeſſam eſſe,
Vt

rum iugum Apollini et Muſis, alterum Baccho ſacrum fuiſſe. Brunck verſſ. 598—601 aliter diſtinxit. — v. 604 σελαγεῖ eſt ſecunda perſona formae paſſiuae.

v. 608. ξυντυχοῦσ' Br.

610. Per chorum a verſu 510—627 Ariſtophanes tum de iniuria ſibi facta conqueritur, tum, ne ſcena ſit vacua, quia Socrates cogitari debet in poſtſcenio ſenem erudire variis artibus ac Sophiſtarum diſciplina et captionibus imbuere, de mutata nouaque temporis ratione ſuam dicit ſententiam, et in genere irridet perſtringitque more ſuo et ſale comico perfundit Athenienſes tamquam contemtores cultus diuini ac religionis oſores rerumque nouarum atque

Ὠφελοῦσ' ὑμᾶς ἅπαντας, οὐ λόγοις, ἀλλ' ἐμφανῶς.
Πρῶτα μὲν τοῦ μηνὸς εἰς δᾶδ' οὐκ ἔλαττον, ἢ δραχμήν·
Ὥς τε καὶ λέγειν ἅπαντας, ἐξιόντας ἑσπέρας,
Μὴ

Vt quae vobis omnibus commodaret non verbis, sed re palam.
Primum quidem quouis mensi non multo minus quam drachmam pro taeda;
Adeo vt omnes dicant egressi vesperi;
Ne

que forensium nimium cupidos. At enim versus 610 et sequentes magna laborant difficultate, in qua tollenda Spanhemius aliique viri docti copiose diligenterque sunt versati. Equidem eos ita intelligo: Luna fingitur Atheniensibus esse irata propter beneficia male accepta: primum quia ciues non sacrificent Lunae, licet ob splendorem eius nocturnum in taedas et oleum ad lampades emendum minus impensarum faciant; tum quod propter turbatas dierum rationes et commutationem dierum festorum factam dii reliqui Lunae, quasi turbas illas excitasset, minentur. Nimirum, vti Spanhem. ad v. 619 late docet, Athenienses sollemnia festa diebus, mensibus annique tempestatibus certis et constitutis, (κατὰ λόγον ἡμερῶν ait Aristophanes,) celebrare consueuerant. At quod paucis ante annis reperta fuit periodus Metonica ad rationes temporis emendandas et constituendas, Luna cursu suo diis videbatur turbas fecisse: praecipue quod, quae est coniectura Spanhemii forsan ad illam periodum statos illos festos dies reuocare tentarint, qui iis praeerant, magistratus. Inde autem ista confusio et varietas dierum, quibus sollemnia peragerentur, oriri debuit. Dii vero diebus festis, olim suis, nunc immutatis, aut, quod facile consequi poterat, magistratus incuria male computatis, coena defraudati abire coacti sunt: quae res deorum animum irritasse fingitur. De periodo Metonica eiusque ratione et computatione est longa doctaque disputatio prima Dodwelli, in libro de veteribus Graecorum et Romanorum cyclis, Oxonii 1701. 4. Aristophanes igitur voluit culpare siue illam dierum varietatem atque confusionem, siue magistra-

Μὴ πρίω, παῖ, δᾷδ᾽, ἐπειδὴ φῶς Σεληναίης καλόν.
Ἄλλα τ᾽ εὖ δρᾷν φησιν ὑμᾶς, κοὐκ ἄγειν τὰς ἡμέρας
Οὐδὲν ὀρθῶς, ἀλλ᾽ ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιδοπᾷν·
Ὥστ᾽ ἀπειλεῖν φησιν αὐτῇ τοὺς θεοὺς ἑκάστοτε,
Ἡνίκ᾽ ἂν ψευσθῶσι δείπνου, κἀπίωσιν οἴκαδε,
Τῆς ἑορτῆς μὴ τυχόντες, κατὰ λόγον τῶν ἡμερῶν.
Κᾆθ᾽, ὅταν θύειν δέῃ, στρεβλοῦτε καὶ δικάζετε.
Πολλάκις δ᾽ ἡμῶν ἀγόντων τῶν θεῶν ἀπαστίαν,
Ἡνίκ᾽ ἂν πενθῶμεν ἢ τὸν Μέμνον᾽, ἢ Σαρπηδόνα,
Σπέν-

Ne facem emas, puer, quoniam Lunae lux pulchra est.
Aliaque beneficia se vobis praestare dicit, et dies ducere
Non recte, verum sursum deorsum turbare.
Adeo vt minari dicat sibi Deos, quotiescunque
Coena fraudantur, et abeunt domum,
Postquam in ipsum festum non inciderant, diebus male computatis.
Deinde cum sacrificare oportet, vos secundum rationem dierum quaestionem et iudicia exercetis;
Contra vero saepe, nobis Diis ieiunia celebrantibus,
Quando nimirum lugemus aut Memnonem, aut Sarpedonem,
Vos

stratuum incuriam. At nouarum forensiumque rerum cupiditatem eo perstringit lepide, quod Lunam facit loquentem, per illam dierum varietatem et festorum confusione atque omissione id gratum Atheniensibus per se fieri, vt illi hoars diei, sollemnibus sacrificiis et feriis deorum olim destinati, rebus, quibus mirifice delectabantur, nimirum quaestionibus reorum ac litibus in foro iudicandis impendere possint.

614. πρίω sic edd. Iunt. Basil. Porti et recentiores. pro πρίασο, Acharnensium proprium esse, adnotat schol. Acharn. v. 35. πρίω cod. Elbing. et edd. Ald. Farr. Crat. conf. Ael. Herodian. post Moerin. p. 453. ed. Pierson.

615. Brunck recepit Bentleii emendationem — — δρᾷν φησίν· ὑμᾶς δ᾽ οὐκ ἀγ. τ. ἡμέρας, *Luna quidem praeter illa supra memorata pluribus vos, ait, beneficiis se adficere: vos vero ingratos omnes dierum rationes conturbare.*

Σπένδεθ' ὑμεῖς, καὶ γελᾶτ', ἀνθ' ὧν λαχὼν Ὑπέρβολος
Τῆτες ἱερομνημονεῖν, κἄπειθ' ὑφ' ἡμῶν τῶν θεῶν
Τὸν στέφανον ἀφῃρέθη· μᾶλλον γὰρ οὕτως εἴσεται,
Κατὰ Σελήνην ὡς ἄγειν χρὴ τοῦ βίου τὰς ἡμέρας.

ACTVS

Vos libatis, et ridetis; quod Hyperbolus forte ductus sacer scriba
Hoc anno, a nobis Diis
Corona priuatus est. et merito: sic enim magis sciet
Vitae dies traducendos esse secundum lunae cursum.

SENA-

624. Ad concilium Amphictyonum, quod verno tempore ad templum Delphicum, et initio autumni ad Cereris templum Thermopylis ad sacra praecipue Delphici templi atque oraculi curanda, et commune ius Graecorum tutandum congregabatur, a ciuitatibus graecis mittebantur oratores πυλογόραι. (dicti a *Pylis*, portis, s. Thermopylis, vti a Pylis concilium istud πυλαία dictum est,) quorum nomine ac numero antiquioribus temporibus *Hieromnemones* comprehensi fuisse videntur: subsequutis vero temporibus ab vnica ciuitate ampliore s. populo plures quidem Pylagorae, vnus vero Hieromnemon, qui in illo consessu super Pylagoras eminuisse videtur, ac quidem ipsorum caput s. praeses fuisse, ad concilium commune delegabantur. v. plura apud v. Dale in diss. VI. de concilio Amphictyonum, capp. I. II. III. inter eius Dissertatt. IX. Antiquitatibus et marmoribus illustrandis inseruientes, p. 430 sqq. Ill. Brunck putat, ἱερομνήμονα fuisse πυλαγόραις comitem adiunctum. Adde Suidam et Harpocrat. in vtraque illa voce, Timaeum in v. ἱερομνημ. ibique Ruhnken p. 108. Ad illud concilium legatus eo anno profectus erat *Harpalus*, et quidem ad templum Delphicum coronatus: inciderat vero in tempestatem et ventus abstulerat ipsi coronam. Eius igitur irridendi hanc occasionem arripit Comicus: lepide vero facit Nubes coronam rapientes, quod in concilio communi turbis dierum et mensium tollendis non prospexisset, nec cauisset, nec remedia curasset: nam si dies, mensesque secundum pristinum suetum-

ACTVS SECVNDI
SCENA PRIMA.
ΤΡΙΜΕΤΡΟΙ ΙΑΜΒΙΚΟΙ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

Μὰ τὴν Ἀναπνοὴν, μὰ τὸ Χάος, μὰ τὸν Ἀέρα,
Οὐκ εἶδον οὕτως ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα,
Οὐδ' ἄπορον, οὐδὲ σκαιὸν, οὐδ' ἐπιλήσμονα·
Ὅς τις σκαλαθυρμάτι' ἄττα μικρὰ μανθάνων,
Ταῦτ' ἐπιλέλησται πρὶν μαθεῖν. ὅμως γε μὴν

Αὐτὸν

SENARII IAMBICI.

SOCRATES, STREPSIADES.

SOCR. Per Respirationem, per Chaos, per Aërem iuro,
Vt ego non vidi hominem tam agrestem vllum,
Nec tam intractabilem, nec tam peruersum, nec tam obliuiosum:
Qui subtilitates quasdam paruas discens
Horum obliuisci solet antequam ea addidicerit: attamen

Ipsum

tumque lunae cursum fuissent ordinati, ille praeuidere potuisset tempestatem sibique cauere: ideo raptam, adfirmant, a vento fuisse coronam, vt disceret secundum lunae cursum vitae dies esse agendos et constituendos.

Act. II. Sc. I.

627. Senex multis quaestionibus inutilibus, et perperam partim ab illo intellectis aliaque ratione vexatus a Socrate, ludicra absurdaque creditorum decipiendorum consilia artesque sibi videtur excogitasse. At propter stultitiam suadente choro dimittitur. Lepida est haec scena. — Per *respirationem* iurat Socrates, quoniam de illa, illiusque caussis et formatione disputare solebat. v. Spanhem.

Αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς.
Ποῦ Στρεψιάδης; ἔξει τὸν ἀσκάντην λαβών.
ΣΤΡ. Ἀλλ' οὐκ ἐῶσί μ' ἐξενεγκεῖν οἱ κόρεις.
ΣΩΚΡ. Ἀνύσας τί κατάθου, καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν.
ΣΤΡ. Ἰδού.
ΣΩΚΡ. Ἄγε δὴ τί βούλει πρῶτα νυνὶ μανθάνειν,
Ὧν οὐκ ἐδιδάχθης πώποτ' οὐδέν; εἰπέ μοι.
Πότερα περὶ μέτρων, ἢ περὶ ἐπῶν, ἢ ῥυθμῶν;
ΣΤΡ. Περὶ τῶν μέτρων ἔγωγ'. ἔναγχος γάρ ποτε
Ὑπ' ἀλφιταμοιβοῦ παρεκόπην διχοινίκῳ.
ΣΩΚΡ. Οὐ τοῦτ' ἐρωτῶ σ'· ἀλλ' ὅ, τι κάλλιστον μέτρον
Ἡγεῖ· πότερον τὸ τρίμετρον, ἢ τὸ τετράμετρον;
ΣΤΡ. Ἐγὼ μὲν οὐδὲν πρότερον ἡμιεκτέου.
ΣΩΚΡ. Οὐδὲν λέγεις, ὦ 'νθρωπε. ΣΤΡ. Περίδου νῦν ἐμοὶ,
Εἰ μὴ τετράμετρόν ἐστιν ἡμιεκτέον.
ΣΩΚΡ.

Ipſum foras vocabo huc in lucem.
Vbi Strepſiades? exi ſumto grabbato.
STR. Sed non ſinunt me efferre cimices.
SOCR. Propere depone, et aduerte animum. STR. En!
SOCR. Age, quid vis nunc primum diſcere,
Quod antea nunquam didiceris? dic mihi.
Vtrum de metris, aut de verſibus, an vero de rhythmis?
STR. De metris inquam et menſuris; quia nuper
A venditore farinae defraudabar duobus choenicibus.
SOCR. Non hoc te rogo, ſed quodnam pulcherrimum metrum eſſe
Putes; vtrum trimetrum an tetrametrum?
STR. Ego quidem nullum praefero ſemiſextario.
SOCR. Nihil dicis tu homo. STR. Certa mecum pignore,
Ni tetrametrum eſt ſemiſextarium.
SOCR.

642. πότερα tamquam magis Atticum ſcribi fecit Br.

ΣΩΚΡ. Ἐς κόρακας, ὡς ἄγροικος εἶ καὶ δυσμαθής.
Ταχύ γ' ἂν δύναιο μανθάνειν σὺ περὶ ῥυθμῶν.
ΣΤΡ. Τί δέ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τἄλφιτα;
ΣΩΚΡ. Πρῶτον μὲν εἶναι κομψὸν ἐν συνουσίᾳ·
Εἶτ' ἐπαΐειν, ὁποῖός ἐστι τῶν ῥυθμῶν
Κατ' ἐνόπλιον, χ' ὁποῖος αὖ κατὰ δάκτυλον.
ΣΤΡ. Κατὰ δάκτυλον; νὴ τὸν Δί' ἀλλ' οἶδ'. ΣΩΚΡ. Εἰπὲ δή.
ΣΤΡ. Τίς ἄλλος ἀντὶ τουτουὶ τοῦ δακτύλου;
Πρὸ τοῦ μὲν, ἔτ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος, οὑτοσί.
ΣΩΚΡ. Ἀχρεῖος εἶ, καὶ σκαιός. ΣΤΡ. Οὐ γὰρ, ὦ ᾽ζυρὲ,

Τούτων

Socr. Abi hinc in malam rem: quam agrestis et indocilis es.
Cito tu de rhythmis aliquid disceres scilicet.
Str. Quid autem mihi proderunt rhythmi ad victum?
Socr. Primum quidem vt sis commodus et facetus in conuictu:
Deinde vt intelligas, quinam sit rhythmus
Secundum enoplium pedem, et quinam secundum dactylum.
Str. Secundum dactylum? sed noui profecto. Socr. Dic ergo.
Str. Quis alius prae hoc dactylo? (*digito.*)
Antehac quidem, me adhucdum puero, iste.
Socr. Nequam es et ineptus. Str. Atqui, homo miserrime,

Horum

v. 646. conf. ad Plutum 705.
647. σὺ sustulit tamquam fulcrum haud necessarium Brunck, laudatque Markland ad Euripidis Supplic. 94. —
v. 649. ξυνουσίᾳ Br.

v. 652. εἶτα δὲ cod. Elb.
653. Nequam iste intelligit membrum virile, δάκτυλον.
654. ὅτ' cod. Elb. pro ἔτ'.
655. Ἀχρεῖος] E Suida iam Küster maluit ἀγρεῖος, *rudis,*

Ταύτων ἐπιθυμῶ μανθάνειν οὐδέν. ΣΩΚΡ. Τί δαί;
ΣΤΡ. Ἐκεῖν', ἐκεῖνο, τὸν ἀδικώτατον λόγον.
ΣΩΚΡ. Ἀλλ' ἕτερα δεῖ σε πρότερα τούτου μανθάνειν,
Τῶν τετραπόδων ἅττ' ἐστὶν ὀρθῶς ἄῤῥενα.
ΣΤΡ. Ἀλλ' οἶδ' ἔγωγε τ' ἄῤῥεν', εἰ μὴ μαίνομαι·
Κριὸς, τράγος, ταῦρος, κύων, ἀλεκτρυών.
ΣΩΚΡ. Ὁρᾷς, ἃ πάσχεις; τήν τε θήλειαν καλεῖς
Ἀλεκτρυόνα, κατὰ ταυτὸ καὶ τὸν ἄῤῥενα.
ΣΤΡ. Πῶς δὴ, φέρε; ΣΩΚΡ. Πῶς; ἀλεκτρυὼν
κἀλεκτρυών.

Horum ego nihil cupio discere. Socr. Quid vero?
Str. Illud, illud, inquam, sermonem illum iniustissimum.
Socr. Sed alia oportet te prius discere;
Quadrupedum quaenam sint vere masculina.
Str. Atqui hoc ego noui, nisi insanio. nempe
Κριὸς, aries, τράγος, hircus, ταῦρος, taurus, κύων, canis, ἀλεκτρυών, gallus.
Socr. Vides quid facias? et foemellam vocas
Ἀλεκτρυόνα, itidem uti et masculum.
Str. Quomodo autem? dic mihi. Socr. Quomodo? ἀλεκτρυὼν et ἀλεκτρυών.

Str.

rudis, agrestis, imperitus, idque reposuit Brunck e membranis: quibus consentit cod. reg. cum glossa, ἄγροικος, quae lectio est cod. C. In cod. B. ἀρχεῖος, e quo suspicari quis posset, opinante Brunckio, scriptum olim fuisse ἀρχαῖος. Idem Br. in fine dedit cum Berglero ὦ 'ζυρὲ, vulgo ὦ οἰζυρέ. — ἀχρεῖος — ὦ οἰτυρὲ cod. Elbing.

v. 656. τί δαί; loco τί δέ; codd. II. et membr. Brunck. qui vnice id probat.

v. 658. πρὸ τούτου cod. Bauar. et Elbing.

662. ἃ πάσχεις *quid facias;* v. Stoeber ad Thom. Mag. p. 733. et saepius hoc sensu verbum occurrit. compara vers. 796. —

v. 663. τ' αὐτὸν cod. Bau. et Elbing.

ΣΤΡ. Νὴ τὸν Ποσειδῶ. νῦν δὲ πῶς με χρὴ καλεῖν;
ΣΩΚΡ. Ἀλεκτρύαιναν· τὸν δ' ἕτερον, ἀλέκτορα.
ΣΤΡ. Ἀλεκτρύαιναν; εὖ γε νὴ τὸν Ἀέρα·
Ὥστ' ἀντὶ τούτου τοῦ διδάγματος μόνου
Διαλφιτώσω σου κύκλῳ τὴν κάρδοπον.
ΣΩΚΡ. Ἰδοὺ μάλ' αὖθις τοῦθ' ἕτερον. τὴν κάρδοπον
Ἄῤῥενα καλεῖς, θήλειαν οὖσαν. ΣΤΡ. Τῷ τρόπῳ
Ἄῤῥενα καλῶ 'γὼ κάρδοπον; ΣΩΚΡ. Μάλιστά γε·
Ὥσπερ γε καὶ Κλεώνυμον. ΣΤΡ. Πῶς δή, φράσον.
ΣΩΚΡ. Ταυτὸν δύναταί σοι κάρδοπος Κλεωνύμῳ.
ΣΤΡ. Ἀλλ', ὦ 'γάθ', οὐδ' ἦν κάρδοπος Κλεωνύμῳ,
Ἀλλ' ἐν θυείᾳ στρογγύλῃ γ' ἀνεμάττετο.

Ἀτὰρ

Str. Ita sane: sed iam, quomodo oportet nominare?
Socr. Ἀλεκτρύαιναν. alterum autem illum ἀλέκτορα.
Str. Ἀλεκτρύαιναν inquis? Belle profecto.
Nam pro ista doctrina sola
Opplebo farinis vndique tuam κάρδοπον.
Socr. Ecce autem rursus alterum hoc peccatum: κάρδοπον
Marem vocas, quae tamen foemina est. Str. Quomodo
Ego marem κάρδοπον voco? Socr. Maxime quidem.
Sicuti Κλεώνυμον. Str. Qua ratione? dic.
Socr. Idem valet tibi κάρδοπος et Κλεώνυμος.
Str. Sed, o bone, nec erat Cleonymo κάρδοπος,
Verum in mortario rotundo depsebat.

At

669. τὴν κάρδοπον] idem est, quod μάκτρα v. in Ranis v. 1184.

672. 'γω] abesse posse suspicatur Brunck, vti abest a duobus codd.

674—680. Facete exagitat Cleonymum, quod clypeo abiecto, e pugna aufugerit, (vide v. 353.) ideo etiam ait, terminatione generis feminini Κλεωνύμη, non viri nomine Κλεώνυμος esse adpellandum. et dictum eo acerbius est, quod rustico rudique homini, tamquam auctori, adserit comicus.

Ἀτὰρ τολοιπὸν πῶς με χρὴ καλεῖν; ΣΩΚΡ. Ὅπως;
Τὴν καρδόπην, ὥσπερ καλεῖς τὴν Σωστράτην.
ΣΤΡ. Τὴν καρδόπην θήλειαν ὀρθότερον λέγεις;
Ἐκεῖνο δ᾽ ἦν ἂν, καρδόπη, Κλεωνύμη.
ΣΩΚΡ. Ἔτι δῆγε περὶ τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ,
Ἅττ᾽ ἄῤῥεν᾽ ἐστὶν, ἅττα δ᾽ αὐτῶν θήλεα.
ΣΤΡ. Ἀλλ᾽ οἶδ᾽ ἔγωγ᾽ ἃ θήλε᾽ ἐστίν. ΣΩΚΡ. Εἶπε δή.
ΣΤΡ. Λύσιλλα, Φίλιννα, Κλειταγόρα, Δημητρία,
ΣΩΚΡ. Ἄῤῥενα δὲ ποῖα τῶν ὀνομάτων; ΣΤΡ. Μυρία.
Φιλόξενος, Μελησίας, Ἀμυνίας.
ΣΩΚΡ. Ἀλλ᾽, ὦ πόνηρε, ταῦτά γ᾽ ἔστ᾽ οὐκ ἄῤῥενα.
ΣΤΡ. Οὐκ ἄῤῥεν᾽ ὑμῖν ἐστίν; ΣΩΚΡ. Οὐδαμῶς γ᾽, ἐπεὶ

H 3 Πῶς

At deinceps quomodo appellare decet? Socr. Quomodo?
Καρδόπην ſicuti Σωστράτην.
Str. Καρδόπην foeminam rectius vocas?
Illud enim rectum eſſet, ſi quis nempe Κλεωνύμη diceret itidem vt καρδόπη.
Socr. Praeterea, de nominibus *hominum* diſcere te oportet,
Quaenam ſint maſculina et quae foeminina.
Str. Sed noui quae ſint foeminina. Socr. Dic ergo.
Str. Lyſilla, Philinna, Clitagora, Demetria.
Socr. Maſculina vero nomina quae ſunt? Str. Plurima:
Philoxenus, Mileſias, Amynias.
Socr. Atqui, o miſer, haec non ſunt maſculina.
Str. Non maſculina vobis haec ſunt? Socr. Nequaquam, nam

Quo-

678. καλεῖς cod. Elbing.
688. ἄῤῥεν᾽ ἐν ὑμῖν Brunck e tribus codd. ſic quoque cod. Elbing. et cod. alius regius cum gloſſa: οὐκ ἄῤῥενα ταῦτα ὑμεῖς ἡγεῖσθε;

Πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ;
ΣΤΡ. Ὅπως ἄν; ὡδί· δεῦρο, δεῦρ' Ἀμυνία.
ΣΩΚΡ. Ὁρᾷς; γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς.
ΣΤΡ. Οὔκουν δικαίως, ὅστις οὐ στρατεύεται.
Ἀτὰρ τί ταῦθ', ἃ πάντες ἴσμεν, μανθάνω;
ΣΩΚΡ. Οὐδὲν μὰ Δί', ἀλλὰ κατακλινεὶς δευρί. ΣΤΡ. Τί δρῶ;
ΣΩΚΡ. Ἐκφρόντισόν τι τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων.
ΣΤΡ. Μὴ δῆθ', ἱκετεύω σ', ἐνθάδ'· ἀλλ' εἴπερ γε χρή,
Χαμαί μ' ἔασον αὐτὰ ταῦτ' ἐκφροντίσαι.
ΣΩΚΡ. Οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα. ΣΤΡ. Κακοδαίμων ἐγώ,

Οἵαν

Quomodo vocares, in Amyniam si incideres?
STR. Quomodo? Sic: ades, ades Amynia.
SOCR. Vides? mulierem iam Amyniam appellas.
STR. Merito quidem *illum*, vtpote qui non militat.
Sed quid iuuat ista discere, quae omnes scimus?
SOCR. Nihil quidem certe, sed tu decumbens huc. STR. Quid faciam?
SOCR. Excogita aliquid circa negotia tua;
STR. Ne quaeso isthic *me iubeas decumbere*, sed si decumbendum est,
Humi eadem ista sinas me excogitare.
SOCR. Fieri aliter nequit. STR. Infelix ego,

Quas

691. γυναῖκα δὴ] Ex Iuntina a. 1525 δὴ venit in Bas. Port. Lugdunens. Amstelod. Küster. et Bergler. In Aldina et omnibus reliquis vett. edd. meis deest, idque ego cum Brunckio deleui. In Elbing. tamen et Bauar. codd. scriptum fuisse videtur, quoniam nil adnotatum reperio. In Elbing. vero est Ἀμύνια.

694. δρῶ] Bergler pro futuro positum esse ait: secus sentit Dawes in Misc. crit. p. 78. qui contendit, esse formae subiunctiuae, quae temporis futuri vi quodammodo non raro gaudeat, vel potius significatu proprio ad ἵνα siue χρὴ ἵνα, subauditum referri.

697. χαμαί] v. Th. Mag. p. 910.

Οἵαν δίκην τοῖς κόρεσι δώσω τήμερα.
ΣΩΚΡ. Φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει,
Πάντα τρόπον τε σαυτὸν
Στρόβει πυκνώσας·
Ταχὺς δ', ὅταν γ' εἰς ἄπορον πέσῃς,
Ἐς ἄλλο πήδα νόημα φρενός·
Ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων.
ΣΤΡ. Ἰατταταὶ, ἰατταταί.
ΣΩΚΡ. Τί πάσχεις; τί κάμνεις;
ΣΤΡ. Ἀπόλλυμαι δείλαιος· ἐκ τοῦ σκίμποδος
Δάκνουσί μ' ἐξέρποντες οἱ Κορίνθιοι,

H 4 Καὶ

Quas hodie poenas cimicibus dabo!
Socr. Meditare iam et dispice,
In omnes partes teipsum
Versa coarctatus. [*mente arcte constipata.*]
Celeriter, cum in aliquam difficultatem incideris,
Ad aliud commentum transili.
Somnus autem dulcis absit ab oculis.
Str. Iattatae, Iattatae!
Socr. Quid tibi accidit? quid doles?
Str. Pereo miser. e grabbato
Prorepentes mordent me cimices,

Et

699. τήμερον Brunck e quatuor codd. quibus accedunt Bauar. Elbing. Arund.

701. πάντας τρόπους σεαυτὸν ob metrum dedit Br. πάντα τρόπον σεαυτὸν cod. C. πάντα τρόπον σαυτὸν membr.

702. πυκνώσας] gl. cod. reg. συναγαγὼν πάντα τὸν νοῦν σου.

703. γ' abest codd. Elbing. omnibusque Brunckii, qui deleuit. idem versu sq. dedit ἐπ' ἄλλο e cod. C. versus autem sic distinxit —
ἄπορον
πέσῃς — πήδα
νόημα — ἀπέστω.
In cod. Bauar. multo aliter sunt distincti versus.

Καὶ τὰς πλευρὰς δαρδάπτουσι,
Καὶ τὴν ψυχὴν ἐκπίνουσι,
Καὶ τοὺς ὄρχεις ἐξέλκουσι,
Καὶ τὸν πρωκτὸν διορύττουσι,
Καί μ' ἀπολοῦσιν. ΣΩΚΡ. Μή νυν βαρέως ἄλγει λίαν.
ΣΤΡ. Καὶ πῶς; ὅτε μου
Φροῦδα τὰ χρήματα, φρούδη χροιά,
Φρούδη ψυχή, φρούδη δ' ἐμβάς·
Καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τοῖσι κακοῖς,
Φρουρᾶς ᾄδων

Ὀλίγου.

Et mihi latus dilaniant,
Et animam ebibunt,
Et testiculos euellunt,
Et culum perfodiunt,
Et me perdunt. Socr. Ne nunc nimis grauiter doleas.
Str. At quomodo? cum mihi
Perierint opes, perierit color,
Perierit anima, perierit calceus,
Et ad haec mala etiam,
Peruigil cantans

Prope-

710. δαρδάπτουσιν *lacerando vorant.* proprie de bestiis, inquit Hesychius. v. Bergler. huic verbo et sequentibus quatuor in fine addit Brunck ν, et in ἀπολοῦσιν, versum separat a sequenti, atque Ernesti in Pr. pag. 36 notat, male e duobus vnum factum versum 714.

715. ὅτ' ἐμοῦ Brunck, qui etiam in versu 717 e codd. et edd. Ald. Venet. Cratandri, (quibus accedunt Brubach. Frischlin. Rapheling. cod. Bauar.) restituit φρούδη ψυχή. Contra ex edit. Iuntina, siue auctore Ant. Francino, siue errore typothetae editum fuerit, φρούδη δ' ἡ ψυχὴ venit in Basileensem, Porti et reliquas recentiores. Equidem sequutus sum Brunck.

719. Vtitur Strepsiades hoc prouerbio, non quia vigilem et ipse nunc agat, sed tantum, quia dixerat φροῦδα et ter φρούδη. Propter similitudinem vocum φρουρὰ et φροῦδα infert: φρουρᾶς ᾄδων φροῦδος γεγένημαι,

praeter

Ὀλίγου Φροῦδος γεγένημαι.
ΣΩΚΡ. Οὗτος, τί ποιεῖς; οὐχὶ φροντίζεις; ΣΤΡ. Ἐγώ,
Νὴ τὸν Ποσειδῶ. ΣΩΚΡ. Καὶ τί δῆτ' ἐφρόντισας;
ΣΤΡ. Ὑπὸ τῶν κορέων εἴ μου τι περιλειφθήσεται.
ΣΩΚΡ. Ἀπολεῖ κάκιστ'. ΣΤΡ. Ἀλλ', ὦ 'γάθ', ἀπόλωλ' ἀρτίως.
ΣΩΚΡ. Οὐ μαλθακιστέ', ἀλλὰ περικαλυπτέα.
Ἐξευρετέος γὰρ νοῦς ἀποστερητικὸς,
Κἀπαιόλημ'. ΣΤΡ. Οἴμοι· τίς ἂν δῆτ' ἐπιβάλοι
Ἐξ ἀρνακίδων γνώμην ἀποστερητρίδα;

H 5 ΣΩΚΡ.

Propedum ipse perierim.
Socr. Heus tu, quid facis? meditaris? Str. Ita ego
Certe. Socr. Quid itaque meditatus es?
Str. An cimices aliquid de me sint relicturi.
Socr. Peribis pessime. Str. Sed, o bone, iam perii.
Socr. Non debes te mollem praebere, verum coöperire.
Inueniendum enim commentum defraudatorium,
Et aliqua pellacia. Str. Heu, quis itaque in me iniiciat
E pellibus agninis commentum priuatiuum.

Socr.

praeter exspectationem; pro *Φροῦδα ᾄδων, Φροῦδος γεγένημαι dum de rebus cantans, quae mihi perierint, ipse perii.* *Bergler.* Glossa Br. *Φρουρᾶς, ἕνεκα. παροιμία ἐπὶ τῶν ἀγρυπνούντων.*

720. ὀλίγου] scil. ᾄδων. Codd. vero Bau. et Elbing. ὀλίγον.

723. εἴ μοι Elbing. idem et Bauar. v. sq. ἀπολῇ et insuper Bauar. κάκιστα. —

v. 726. ἐκευρητέος male et nimis liberaliter in cod. reg. et membr. —

v. 727. ἐπιβάλλοι Bauar.

728. ἀποστερητρίδα e duobus codd. edidit Brunck, vt ab αὐλητὴς fit foemininum in τρις, αὐλητρίς. Acumen autem loci in paronomasia consistit, nec vlla versione satis exprimi potest. Ἀρνακὶς est proprie *pellis agnina, ouina.* exspectaret igitur lector *σισύραν vestem e pellibus ouinis, penulam.* Sed quia ἀρνακὶς adfinem habet sonum cum voc. ἀρνεῖσθαι, praeter exspectationem, poeta, quasi praecessisset ἐξ ἀρνητικῶν

ΣΩΚΡ. Φέρε νῦν, ἀθρήσω πρῶτον ὅ, τι δρᾷ τουτονί.
Οὗτος, καθεύδεις; ΣΤΡ. Μὰ τὸν Ἀπόλλω, 'γὼ μὲν οὔ.
ΣΩΚΡ. Ἔχεις τί; ΣΤΡ. Μὰ Δί' οὐδὲν ἔγωγ'. ΣΩΚΡ. Οὐδὲν πάνυ;
ΣΤΡ. Οὐδέν γε, πλὴν ἢ τὸ πέος ἐν τῇ δεξιᾷ.
ΣΩΚΡ. Οὐκ ἐγκαλυψάμενος ταχέως τι φροντιεῖς;
ΣΤΡ. Περὶ τοῦ; σὺ γάρ μοι τοῦτο φράσον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩΚΡ.

Socr. Age nunc, videam primo, quid iste faciat.
Heus tu, dormis? Str. Non vtique ego quidem.
Socr. Habesne aliquid? Str. Profecto nihil ego. Socr. Nihil prorsus?
Str. Nihil, praeterquam penem in dextera.
Socr. Nonne te ipsum coöperiens ocyus aliquid meditaberis?
Str. De quibus rebus? tu mihi hoc dicas velim, o Socrates.

Socr.

νητικίδων, subiungit γνώμην ἀποστερητρίδα, pro ἀποστερητικήν. Finxit igitur, vt notat Bergler, illud ἀποστερητ. quasi θυμαιτίδα in Vesp. v. 1133, quod est vestimenti genus, quia dixerat ἐξ ἐρινακίδων. Bene autem seruat mores senis, de debitoribus quauis arte, inprimis infitiando, fraudandis atque eludendis studiose et perpetuo cogitantis.

731. μὰ Δί', οὐ δῆτ' ἔγωγ' Brunck e cod. C. At Toup in Curis nouiss. in Suidam ex hoc in voc. ἔχεις τι, etc. corrigit pag. 53. ed. Londin. locum nostrum, ne vno pede claudicet, μὰ τὸν Δί', οὐδὲν ἔγωγ'. quod equidem praeferrem, quia sequitur οὐδὲν πάνυ. Notat autem Suidas, e schol. ad nostrum locum, formulam ἔχεις τι; vsurpari de piscatoribus et aucupibus, e quibus ita soleat vulgo quaeri. Suaserat vero seni Socrates, vt mentem et meditationem veluti suspenderet, aucupum voce vsus. Ille vero turpis senex flagitiose respondet.

ΣΩΚΡ. Αὐτὸς ὅ, τι βούλει πρῶτος ἐξευρεῖν, λέγε.
ΣΤΡ. Ἀκήκοας μυριάκις ἁ'γὼ βούλομαι·
Περὶ τῶν τόκων, ὅπως ἂν ἀποδῶ μηδενί.
ΣΩΚΡ. Ἴθι νυν, καλύπτου, καὶ σχάσας τὴν φροντίδα
Λεπτὴν, κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα,
Ὀρθῶς διαιρῶν καὶ σκοπῶν. ΣΤΡ. Οἴμοι τάλας.
ΣΩΚΡ. Ἔχ' ἀτρέμα· κἂν ἀπορῇς τι τῶν νοημάτων,
Ἀφεὶς ἄπελθε· κᾆτα τὴν γνώμην πάλιν
Κίνησον αὖθις αὐτὸ καὶ ζυγάθρισον.
ΣΤΡ. Ὦ Σωκρατίδιον φίλτατον. ΣΩΚΡ. Τί, ὦ γέρον;

ΣΤΡ.

Socr. Ipsemet quod primum vis inuenire, dic.
Str. Plus millies audiuisti, quid ego velim.
De vsuris, *inquam*, ne *illas* soluam cuiquam.
Socr. Agedum, coöperias te, et cohibe apud te cogitationem
Subtilem; minutatim considera rem,
Recte diuidens eam et contemplans. Str. Hei miser!
Socr. Quiesce. et, si forte haesitaueris in aliquo commento,
Omitte, et ab eo discede: deinde cogitationem rursus
Commoue, et denuo idem illud pensita.
Str. O Socratisce charissime. Socr. Quid est, mi senex?

Str.

v. 741. ἀτρέμας Elbing. Bauar.

743. καὶ ζυγάθρισον] antiquam hanc esse lectionem patet ex altera parte scholii ad v. 742. Ex priore tamen parte cum Valckenario, ad Theocriti Adoniaz. p. 335. B. C. suspicor, in aliis codd. antiquioribus olim etiam lectum esse κἀναζύγωσον; quam quidem suspicionem (omisso Valckenarii nomine,) etiam habuit Brunck; sed istam lectionem, metri legi repugnantem prauamque, pronuntiauit. Dedit vero Br. κίνησον αὖθις ἐς (mendose εἰς duo codd.) αὐτό. Küster contra coniecit αὖθις αὖ σύ.

ΣΤΡ. Ἔχω τόκου γνώμην ἀποστερητικήν.
ΣΩΚΡ. Ἐπίδειξον αὐτήν. ΣΤΡ. Εἰπὲ δή νῦν μοι.
ΣΩΚΡ. Τό, τί;
ΣΤΡ. Γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλὴν,
Καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην· εἶτα δὴ
Αὐτὴν καθείρξαιμ' ἐς λοφεῖον στρογγύλον,
Ὥσπερ κάτοπτρον, κᾆτα τηροίην ἔχων.
ΣΩΚΡ. Τί δῆτα τοῦτ' ἂν ὠφελήσειέ σ'; ΣΤΡ. Ὅ,τι;
Εἰ μηκέτ' ἀντέλλοι σελήνη μηδαμοῦ,
Οὐκ ἂν γ' ἀποδοίην τοὺς τόκους. ΣΩΚΡ. Τίη τί δή;
ΣΤΡ. Ὅτιὴ κατὰ μῆνά τ' ἀργύριον δανείζεται.

ΣΩΚΡ.

STR. Habeo commentum ad fraudandas vſuras.
SOCR. Oſtende. STR. Dic iam mihi. SOCR. Quid?
STR. Si mulierem veneficam Theſſalicam emerem,
Et noctu deducerem lunam: deinde
Concluſam in theca aliqua rotunda
Tanquam ſpeculum, aſſeruarem.
SOCR. Quid itaque hoc tibi prodeſſet? STR. Quid?
Quod ſi non amplius oriatur luna vllibi,
Vſuras non darem. SOCR. Quid ita?
STR. Quia ſecundum menſes pecunia foenori datur.

SOCR.

746. εἰπὲ δὴ νῦν μοι τοδί, (omiſſo Socratis nomine,) Brunck. e cod. B. in tribus aliis τό τι, cod. reg. τοτί, ſed in nullo praefixa eſt his voculis Socratis perſona. In cod. Elbing. deſunt perſonarum nomina.

v. 749. λοφεῖον Gloſſa Br. ἀγγεῖον. proprie τοῦ κράνους ἡ θήκη. v. Acharn. 1009, Pollux X. 126.

751. ὠφελήσειεν σ'; Br. et ſic iam correxerat Rittershuſ. in ſacris lection. p. 542.

752. ἀνατέλλοι Brunck e tribus codd. ἀντέλοι cod. Elbing.

753. γ' abeſt duobus codd. reg. et deleuit Brunck. abeſt quoque codd. Elbing. et Bauar. — in fine iidem habent ὅτιὴ τί. In cod. reg. οὐκ ἂν γ' ἀποδοίην — ὅτι τιὴ δή.

754. μῆνα γ' ἀργυρίων in edd. Ald. Cratand. Ven. Küſt. Bergl. at inepte legitur: ſed τἀργύριον iam emendarat Rittershuſ. in Lectionibus

ſacris

ΣΩΚΡ. Εὖγ᾽· ἀλλ᾽ ἕτερον αὖ σοι προβαλῶ τι δεξιόν.
Εἴ σοι γράφοιτο πεντετάλαντός τις δίκη,
Ὅπως ἂν αὐτὴν ἀφανίσειας, εἰπέ μοι.
ΣΤΡ. Ὅπως; ὅπως; οὐκ οἶδ᾽· ἀτὰρ ζητητέον.
ΣΩΚΡ. Μὴ νῦν περὶ σαυτὸν εἶλλε τὴν γνώμην ἀεὶ,
Ἀλλ᾽ ἀποχάλα τὴν φροντίδ᾽ ἐς τὸν ἀέρα,

Λινόδε-

Socr. Bene. Sed aliud rurſus tibi proponam callidum quippiam.
Si tibi ſcriberetur dica quaedam quinque talentorum,
Quomodo eam obliterares? dic mihi.
Str. Quomodo? neſcio quomodo; ſed quaerendum.
Socr. Ne iam circa teipſum coërceas et contineas cogitationem ſemper, (*vt antehac*)
Sed laxatam dimitte meditationem in aërem,

Tanquam

ſacris p. 542. Sic iam legitur in ed. Iunt. a. 1525. Baſ. Frob. voluitque Küſter. et Brunck edidit e IV. codd. quibus ſuffragatur cod. Elb. in quo in fine legitur δαυλ-κεται. In ed. Bern. Iunt. Brubach. Friſchlin. eſt γ᾽ ἀργύριον. — τ᾽ ἀργύρια codd. Raph. Porti, Lugdun. et Amſtel. apud Küſter.

756. πεντατάλαντος cod. regius, quam ſcripturam haud deteriorem vulgata cenſet Brunck in Supplem.

757. ἀφανίσεις Elbing. — εἶτ᾽ ἐμοί. Brunck.

759. εἴλλε Ald. eiusque ſequaces et Bergler. εἶλε Iunt. Baſil. et aliae, item Küſter. quae varietas eſt quoque in codd. Brunckii, qui vero e ſuo cod. dedit ἴλλε, eiusque cod. gloſſa eſt στρέφε. Senſus et ſignificatus *coërcendi*, *conſtringendi* etc. in illis verbis parum vel nihil mutatur. vide Hemſterh. et Ruhnken ad Timaei Lex. pag. 50 ſqq.

760. Küſterus primum adfert laudatque Annae Fabri ſuſpicionem, Ariſtophanem hic traducere velle opinionem Socratis, qui animam hominis alatam eſſe ſtatuebat, vt patet e Platone in Phaedro p. 344. ed. Laemar. tum animaduertit, Pollucem lib. IX. cap. 7. ſect. 124. 125. ex hoc poetae noſtri loco obſeruare, pueros olim animalcula, μηλολόνθας dicta, filo alligata, in aerem dimittere conſueuiſſe. Id vero etiam pueri noſtrates facere

ſolent

Λινόδετον ὥσπερ μηλολόνθην τοῦ ποδός.
ΣΤΡ. Εὕρηκ' ἀφάνισιν τῆς δίκης σοφωτάτην,
Ὥστ' αὐτὸν ὁμολογεῖν σ' ἐμοί. ΣΩΚΡ. Ποίαν τινά;
ΣΤΡ. Ἤδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὴν λίθον
Ταύτην ἑώρακας, τὴν καλήν, τὴν διαφανῆ,
Ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι; ΣΩΚΡ. Τὴν ὕαλον λέγεις;
ΣΤΡ. Ἔγωγε. ΣΩΚΡ. Φέρε, τί δῆτ' ἄν; ΣΤΡ. Εἰ ταύτην λαβών,
Ὁπότε γράφοιτο τὴν δίκην ὁ γραμματεύς,
Ἀπωτέρω στὰς ὧδε πρὸς τὸν ἥλιον,
Τὰ γράμματ' ἐκτήξαιμι τῆς ἐμῆς δίκης.
ΣΩΚΡ. Σοφῶς γε, νὴ τὰς Χάριτας. ΣΤΡ. Οἴμ', ὡς ἥδομαι,

Ὅτι

Tanquam lino (f. filo) ex pede ſcarabaeum reuinctum.
Str. Inueni obliterationem dicae callidiſſimam,
Vt ipſe etiam fateberis. Socr. Qualem?
Str. Apud Pharmacopolas lapidem
Illum vidiſtine vnquam, pulchrum illum et pellucidum,
Quo ignem accendunt? Socr. Cryſtallum dicis?
Str. Illud, inquam. Socr. Cedo, quid faceres? Str. Si hoc ſumto,
Quando ſcribit dicam ſcriba,
Longius ego ſtans ſic ad ſolem,
Literas liquefacerem dicae mihi ſcriptae.
Socr. Sapienter, ita me Gratiae ament. Str. O! quam laetor,

Quod

ſolent cum minore ſcarabaeo, qui vulgo vocatur *Goldkäfer*, et χρυσοκάνθαρος ſcholiaſtae eſſe videtur. adde Suidam h. v. et Spanhem.

766. *Cryſtallo* (ὑάλῳ) ad ſolem expoſito veteres ignem accendere conſueuerunt; et Plinius XXXVII. 2. medicos quosdam, ait, *quae ſunt vrenda corporum, non aliter vtilius id fieri putare*, quam cryſtalina pila (κατασκεύασμα ὑάλου τροχοειδὲς vocat ſcholiaſtes) *aduerſis poſita ſolis radiis*, notante Küſtero.

Ὅτι πεντετάλαντος διαγέγραπταί μοι δίκη.
ΣΩΚΡ. Ἄγε δὴ ταχέως τουτὶ ξυνάρπασον. ΣΤΡ. Τὸ τί.
ΣΩΚΡ. Ὅπως ἀποστρέψαις ἂν ἀντιδικῶν δίκην,
Μέλλων ὀφλήσειν, μὴ παρόντων μαρτύρων.
ΣΤΡ. Φαυλότατα καὶ ῥᾷστ'. ΣΩΚΡ. Εἰπὲ δή. ΣΤΡ. Καὶ δὴ λέγω.
Εἰ πρόσθεν ἔτι μιᾶς ἐνεστώσης δίκης,
Πρὶν

Quod quinque talentorum dicam deleui et obliteraui.
Socr. Age nunc celeriter istud arripe. Str. Quidnam?
Socr. Quo pacto, liti contradicens, remoueres a te poenam,
Si esses eam debiturus, et contra te nulli testes adessent.
Str. Facillime, et leuissimo negotio. Socr. Dic iam.
Str. Atqui dico:
Si nimirum prius, dum adhuc vna adest lis decidenda,
Ante-

772. διαγέγραπται] vide Thom. Mag. p. 211. ibique Hemsterhus. et Bosium, ad Timaeum notam Ruhnkenii pag. 60. Moerin p. 120 cum nota Piersonii. Proprie significat verbum, *inducta litura scriptum delere*. διαγράφειν τὴν δίκην *litem expungere*. Glossa cod. Brunck. et regii ἀπήλειπται, ἠφάνισται. adde Fischeri indic. ad Aeschin. dialog. v. διαγράφειν. — De formula ἄγε δὴ in versu seq. v. Thom. Mag. pag. 890 sq.

774. Brunck malit: ὅπως ἂν ἀποστρέψειας ἀντιδικῶν δίκην. idem adfert glossas ἀποστρέψ.] ἀποδιώξαις. ἀντιδικῶν] ἀντεγκαλῶν, ἀντιλέγων. — Küster ex codd. Vatic. et Arund. edidit ἀποστρέψαις: in edd. pr. prostat ἀποτρέψαις. Ducker coniungenda suspicatur δίκην μέλλων ὀφλήσειν.

776. Φαυλοτ.] conf. Timaei Lex. ibique Ruhnken. p. 191.

777. Ducker vertit, *si pridie quam contestata, constituta fuerit lis*, (nam δίκη ἐνεστῶσα est *lis contestata*: v. Budaei Comm. L. Gr. p. 106,) *pridie, quam iudicium constituatur*.

Πρὶν τὴν ἐμὴν καλεῖσθ', ἀπαγξαίμην τρέχων.
ΣΩΚΡ. Οὐδὲν λέγεις. ΣΤΡ. Νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγ', ἐπεὶ
Οὐδεὶς κατ' ἐμοῦ τεθνεῶτος εἰσάξει δίκην.
ΣΩΚΡ. Ὑθλεῖς· ἄπερρ', οὐκ ἂν διδαξαίμην σ' ἔτι.
ΣΤΡ. Ὁτιὴ τί; ναὶ πρὸς τῶν θεῶν, ὦ Σώκρατες.
ΣΩΚΡ. Ἀλλ' εὐθὺς ἐπιλήθει σύ γ', ἅττ' ἂν καὶ μάθῃς.
Ἐπεὶ, τί δή γε πρῶτον ἐδιδάσκου; λέγε.
ΣΤΡ. Φέρ' ἴδω, τί μέν τοι πρῶτον ἦν; τί πρῶτον ἦν;
Τίς ἦν, ἐν ᾗ ματτόμεθα μέν τοι τἄλφιτα;

Οἴμοι

Antequam mea introducatur, cito abirem et me suspenderem.
Socr. Nihil dicis. Str. Imo certe; nam
Nemo contra me mortuum introduceret litem.
Socr. Nugaris: apage, non possum te amplius docere.
Str. Quid ita, mi Socrates, per Deos obsecro?
Socr. Sed tu statim obliuisceris quaecunque didiceris.
Nam dic mihi, quid erat quod primo docebaris?
Str. Age videam, quid erat primum? primum quid erat?
Quidnam erat hoc in quo subigimus farinam?

Hei

778. Dawes Misc. crit. p. 266, ne diphthongus elidatur, scribendum censet πρὶν τὴν ἐμὴν (scil. δίκην) καλεῖν, vertitque, *before they call my cause.* — de vi διδαξαίμην, v. 781 vide Hemsterh. ad argumentum Pluti p. 4. ac Fischer in indice ad Aeschinis dialog. v. διδάσκειν. et ad schol. v. 127.

783. σύγ' ἂν cod. Elbing.

786. Brunck legendum putat ἐπεὶ τί νῦν γε πρῶτον ἐδιδάσκου; tres enim codd. τί νῦν πρῶτον ἐδιδάσκου, quorum alius ἐδίδασκες, alius ἐδιδάχθης habet. In Supplem. tamen Br. legendum putat: ἐπεὶ τί νῦν δὴ πρῶτον ἐδιδάσκου; λέγε, nam νῦν δὴ auctore Hesychio idem valet, quod ἄρτι, *dudum, modo*: quare vertit Br.

Οἴμοι τίς ἦν; ΣΩΚΡ. Οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ,
Ἐπιλησμότατον καὶ σκαιότατον γερόντιον;
ΣΤΡ. Οἴμοι· τί οὖν δῆθ' ὁ κακοδαίμων πείσομαι;
Ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι, μὴ μαθὼν γλωττοστροφεῖν.
Ἀλλ' ὦ Νεφέλαι, χρηστόν τι συμβουλεύσατε.
ΧΟΡ. Ἡμεῖς μὲν, ὦ πρεσβῦτα, συμβουλεύομεν,
Εἴ σοί τις υἱός ἐστιν ἐκτεθραμμένος,
Πέμπειν ἐκεῖνον ἀντὶ σαυτοῦ μανθάνειν.
ΣΤΡ. Ἀλλ' ἔστ' ἐμοί γ' υἱὸς καλός τε κἀγαθός·
Ἀλλ' οὐκ ἐθέλει γὰρ μανθάνειν. Τί ἐγὼ πάθω;
ΧΟΡ. Σὺ δ' ἐπιτρέπεις; ΣΤΡ. Εὐσωματεῖ γὰρ καὶ σφριγᾷ,

Κἄστ'

Hei mihi! quid erat? Socr. Nonne in malam rem ibis hinc,
Obliuiosissime et peruersissime vetule?
Str. Hei infelix, quid me fiet?
Nam pereundum mihi erit, quia non didici loquax esse.
Sed vos, o Nubes, date mihi bonum aliquod consilium.
Chor. Nos quidem, o senex, istud consilium tibi damus:
Si tibi est aliquis filius, quem educaueris,
Illum vt mittas qui pro te discat.
Str. At est mihi bonus quidam filius,
Verum is discere non vult. Quid faciam?
Chor. An vero tu hoc ei permittis? Str. Namque bona est corporis habitudine et viget,

Et

Br. *Nam dic mihi, quid erat primum, quod modo doceba-ris?*

v. 787. ἀποφερῇ cod. Elb. ἀποφθερῇ cod. Bauar.

788. ἐπιλησμονότατον MS. Arundel.

795. ἔστι μοι Brunck. — idem v. 796. ex cod. C. τί δ' ἐγὼ πάθω; duo alii codd. et Elb. τί 'γὼ πάθω;

797. σφριγᾷ] *viget.* de corpore vegeto, florente, robusto. v. Timaei Lex. p. 175. ibique Ruhnken. ἄκων ἐπιτρέπω bene supplet glossa in cod. regio ante εὐσωματεῖ, et γὰρ id poscit.

Κἄστ᾽ ἐκ γυναικῶν εὐπτέρων τῶν Κοισύρας,
Ἀτὰρ μέτειμί γ᾽ αὐτόν. ἢν δὲ μὴ θέλῃ,
Οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐκ ἐξελῶ ᾽κ τῆς οἰκίας.
Ἀλλ᾽ ἐπανάμεινόν μ᾽ ὀλίγον εἰσελθὼν χρόνον.

ΣΤΡΟΦΗ, ΚΩΛΩΝ ι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἆρά γ᾽ αἰσθάνει πλεῖστα
Δι᾽ ἡμᾶς ἀγάθ᾽ αὐτίχ᾽
Ἕξων μόνας θεῶν;
Ὡς ἕτοιμος ὅδ᾽ ἐστὶν
Πάντα δρᾶν, ὅσ᾽ ἂν κελεύῃς.

Σὺ

Et originem ducit ex mulieribus nobilibus de familia Coesyrae.
Sed eum accersam. Si autem noluerit,
Non est, quin eum extrudam domo.
Sed tu ingressus operire me paullisper.

STROPHE, VERSVVM x.

CHORVS.

Annon sentis, quam multa
Bona mox propter nos
Sis habiturus solas Deas?
Num iste paratus est
Omnia facere, quaecunque iusseris.

Tu

800. ἐξελῶ, (ab ἐξελάω) esse praesens pro futuro, ait Bergler. contra Brunck ad Ranas 202 animaduertit, esse ipsum futurum, Atticorum more formatum. v. supra ad vers. 121.

805. ἐστὶ Brunck.

Σὺ δ' ἀνδρὸς ἐκπεπληγμένου,
Καὶ φανερῶς ἐπηρμένου
Γνοὺς ἀπολάψεις, ὅ, τι πλεῖστον δύνασαι·
Ταχέως φιλεῖ γάρ πως τὰ τοι-
αῦθ' ἑτέρως τρέπεσθαι.

I 2 ACTVS

Tu vero de hominis attoniti
Et palam *spe* elati
Bonis lambes (*attondebis*) quam plurimum poteris,
his ita cognitis:
Solent enim quodammodo huiusmodi res cito
Immutari.

SENA-

809. ἀπολάψεις praestare vulgato ἀπολέψεις *decorticabis*, *corticem detrahes*, censuit Küsterus, et ego recepi cum Brunckio in textum, e codd. Vatic. Arund. Elbing. IV. Br. et Suida in ἀπολάψεις, qui exponit ἐκπίῃς, *ebibas*, *exhaurias*; schol. ἐκπίῃ et ita iam laudarunt nostrum locum conditores Lexici gr. Basiliensis apud Henric. Petr. Brunck in Supplem. locum sic interpungere iubet:

σὺ δ' ἀνδρὸς ἐκπεπληγμένου,
καὶ φανερῶς ἐπηρμένου,
γνοὺς, ἀπολάψεις ὅ, τι πλεῖστον δυνάσαι
ταχέως· φιλεῖ —

et ordo, ait, est σὺ δὲ ταχέως ἀπολάψεις ὅτι πλεῖστον δύνασαι ἀνδρὸς ἐκπεπληγμένου, καὶ φανερῶς ἐπηρμένου, γνοὺς οὕτως ἔχοντα αὐτόν. Quae sequuntur, rationem reddunt, cur id celeriter fieri debeat: istudque ταχέως in versione suo loco exprimi debuit. *Tu vero hominis attoniti, et palam spe elati cognito ingenio, eum attonde, quam plurimum potes, et quam celerrime. Solent enim fere huiusmodi res immutarier.* Fraudi mihi fuit editio Bergler. in qua mutata fuit distinctio. [Atque in exemplo Küster. bene distinctum est, — δύνασαι, ταχέως. φιλεῖ γὰρ etc.] Illam autem, quam supra posui, exhibent codd. omnes, idque admodum perspicue, et iuxta eampse locum interpretatur scholiastes. In postremo hoc etiam cod. scriptum ἀπολάψεις. Glossae: ἐκπεπληγμένου, ἐξεστηκότος καὶ ἄγαν προθυμουμένου. ἐπηρμένου, μετεώρου

καὶ

ACTVS TERTII

SCENA PRIMA.

ΤΡΙΜΕΤΡΟΙ ΙΑΜΒΙΚΟΙ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

Οὔτοι, μὰ τὴν Ὁμίχλην, ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς·
Ἀλλ' ἔσθι' ἐλθὼν τοὺς Μεγακλέους κίονας.
ΦΕΙΔ. Ὦ δαιμόνιε· τί χρῆμα πάσχεις, ὦ πάτερ;
Οὐκ εὖ φρονεῖς μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον.
ΣΤΡ. Ἰδού γ', ἰδοὺ, Δί' Ὀλύμπιον· τῆς μωρίας·
Τὸν Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί.

ΦΕΙΔ.

SENARII IAMBICI.

STREPSIADES, PHIDIPPIDES, SOCRATES.

STR. Non amplius hic manebis, per Nebulam iuro;
Sed abi et comede Megaclis columnas.
PH. O bone! quid tibi accidit, mi pater?
Non recte sapis, per Olympium Iouem iuro.
STR. Ecce autem, ecce, Iouem Olympium. O stultitia!
Huncine ista aetate Iouem putare esse vllum?

PH.

καὶ ἑτοίμου πᾶν ποιήσειν, ὅ ἂν κελεύῃς. ἀπολάψεις, ἀποκέρδησον. Hactenus cel. Brunck. Scholion gr. quod addit, parum differt a vulgato. Alia oritur fabulae scenaeque facies. Pater adgreditur filium rogatque vt se tradat Socratis disciplinae. Multa ille multo sapientior callidiorque patre respondet, tandem deducitur ad Socratem et huius fit discipulus.

816. Ουλύμπιον Ald. Iunt. Basil. Port. ὀλύμπιον edd. Cratand. et reliquae.

818. Scholia tradunt, Symmachum, antiquum Aristophanis interpretem, (v. schol. ad Plutum 1012 ibique Hemsterh. p. 366.) dicere τὸ α in Δία produci attice, ideoque hunc locum in libris X notari, quod signum est Criticorum, indicans aliquid insolens et rarius. Quod vero

in

ΦΕΙΔ. Τί δὲ τοῦτ' ἐγέλασας ἐτεόν; ΣΤΡ. Ἐνθυμούμενος,
Ὅτι παιδάριον εἶ, καὶ φρονεῖς ἀρχαϊκά.
Ὅμως γε μὴν πρόσελθ', ἵν' εἰδῇς πλείονα,
Καί σοι φράσω πρᾶγμ', ὃ σὺ μαθὼν, ἀνὴρ ἔσει.
Ὅπως δὲ τοῦτο μὴ διδάξῃς μηδένα.
ΦΕΙΔ. Ἰδού· τί ἐστιν; ΣΤΡ. Ὤμοσας νῦν νὴ Δία;
ΦΕΙΔ. Ἔγωγ'. ΣΤΡ. Ὁρᾷς οὖν, ὡς ἀγαθὸν τὸ μανθάνειν;
Οὐκ ἔστιν, ὦ Φειδιππίδη, Ζεύς. ΦΕΙΔ. Ἀλλὰ τίς;

I 3 ΣΤΡ.

Ph. Dic mihi verum, quid ita rides? Str. Cum reputo,
Quod puer cum sis, vetustam et obsoletam sententiam obtines.
Attamen accede, vt plura scias:
Et aliquid tibi dicam, quo tu cognito, vir eris.
Vide autem, ne istud quenquam doceas.
Ph. Ecce adsum, quid est? Str. Iurasti nunc *per Iouem?*
Ph. Ita ego quidem. Str. Videsne ergo quam bonum sit discere?
Non est Iupiter, mi Phidippides. Ph. Quis ergo?

Str.

in vulgata lectione illud α breue est, nec vlla caussa producendi: quippe si produceretur, existeret amphimacer, qui locum hic habere non potest: Ernesti Praef. p. XXXVIII acute coniicit, antiquiora exemplaria habuisse sine articulo: Δία νομίζειν etc. et Atticos, monet, non dicere τοὺς θεοὺς νομίζειν, *deos credere*, sed θεοὺς νομίζειν. vnde et Δία νομίζειν, *Iouem credere, einen Iupiter zu glauben.* — σὲ ὄντα Bauar. et Elbing.

822. Ante ὅπως supplet Glossa apud Br. ὅρα. Idem vir cel. διδάξεις edidit.

824. ἔγωγε cod. Bauar. et Elbing. Vertendum est *certe, omnino:* adhibetur enim eleganter in responsionibus adfirmatiuis. v. Schol. ad Sophocl. Aiac. v. 104 et Stoeber ad Thom. Magistr. pag. 264. — tum ὅρα γοῦν Brunck.

ΣΤΡ. Δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς.
ΦΕΙΔ. Αἰβοῖ· τί ληρεῖς; ΣΤΡ. Ἴσθι τοῦθ' οὕτως ἔχον.
ΦΕΙΔ. Τίς φησι ταῦτα; ΣΤΡ. Σωκράτης ὁ Μήλιος,
Καὶ Χαιρεφῶν, ὃς οἶδε τὰ ψυλλῶν ἴχνη.
ΦΕΙΔ. Σὺ δ' εἰς τοσοῦτο τῶν μανιῶν ἐλήλυθας,
Ὥστ' ἀνδράσιν πείθει χολῶσιν; ΣΤΡ. Εὐστόμει,
Καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιοὺς,
Καὶ νοῦν ἔχοντας· ὧν, ὑπὸ τῆς φειδωλίας,

Ἀπεκεί-

STR. Turbo regnat, qui Iouem expulit.
PH. Ah, quid deliras? STR. Scias hoc ita se habere.
PH. Quis haec dicit? STR. Socrates ille Melius,
Et Chaerepho, qui nouit pulicum vestigia.
PH. Tune eo vsque insaniae es progressus,
Vt hominibus atra bile percitis credas? STR. Bona verba.
Ne male dixeris de viris sapientibus,
Et cordatis, quorum, prae parsimonia,

Nullus

826. conf. supra v. 379 et infra 1474.

828. Non sunt tres homines, nec ὁ Μήλιος, (h. e. *Diagoras*, qui Meliensis erat natalibus,) commate distinguendus a Socrate, vt Palmerius putauit; sed Socrates per adpositionem ideo vocatur ὁ Μήλιος, quod perinde atheus esse, aeque deos esse negare arguitur, ac Diogoras ille Melius. Sic, vt notat Bergler, Amyniam, qui erat Pronapis filius, dicit noster in Vespis 1259 *Selli filium*, quia ille Amynias perinde esset pauper, vt Selli filius, Aeschines.

830. τῶν ante μανιῶν deest in cod. Elbing. in versu sequenti πείθῃ id. et Bauar. neglecto Atticismo, et alii codd. ab Oudendorp. ad Th. Mag. p. 916 laudati. Apud illum vero, qui nostrum locum adducit, et χολᾷν interpretatur, *insanire*, (adde schol. ad Plut. 12. Moerin. p. 406.) vulgo legitur πείθειν, vti in cod. C. Brunckii, vbi vero grammaticus quidam falsam illam lectionem anxie et subtiliter erat expositurus.

832. φλαῦρον] πονηρὸν, interprete Timaeo in Lexico Platon. vbi v. Ruhnken p.

193.

Ἀπεκείρατ' οὐδεὶς πώποτ', οὐδ' ἠλείψατο,
Οὐδ' εἰς βαλανεῖον ἦλθε λουσόμενος. σὺ δὲ
Ὥσπερ τεθνεῶτος καταλούει μου τὸν βίον.
Ἀλλ' ὡς τάχιστ' ἐλθὼν ὑπὲρ ἐμοῦ μάνθανε.
ΦΕΙΔ. Τί δ' ἂν παρ' ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστόν τις ἄν.
ΣΤΡ. Ἄληθες, ὅσαπερ ἔστ' ἐν ἀνθρώποις σοφά·
Γνώσει δὲ σαυτὸν ὡς ἀμαθὴς εἶ καὶ παχύς.
Ἀλλ' ἐπανάμεινόν μ' ὀλίγον ἐνταυθοῖ χρόνον.
ΦΕΙΔ. Οἴμοι· τί δράσω, παραφρονοῦντος τοῦ πατρός;
Πότερον παρανοίας αὐτὸν εἰσαγαγὼν ἕλω;

I 4 Ἢ

Nullus vnquam est tonsus nec vnguentis perlitus,
Neque in balneum iuit vt lauaret. Tu autem
In balnea consumis mea bona, non secus ac si elato me mortuo lustrare te velles.
Sed abi quamprimum et pro me disce.
PH. Quid boni quis ab illis discere posset?
STR. Imo omnem humanam sapientiam.
Cognosces etiam quam ipse sis indoctus et pinguis ingenii;
Sed praestolare me paulisper hic.
PH. Eheu quid faciam, insaniente patre?
Vtrum in ius vocatum dementiae eum conuincam?

Aut

193. adde infra Lysistr. 1043. Thomam Magistr. pag. 889 ibique adnotatores.

834. De philosophis graecis barbam alentibus vide Horn lib. VII. hist. philos. cap. 13. Iac. Thomasii diss. de Barba (Lips. 1671) c. 3 etc.

v. 835. λουσάμενος cod. Elbing.

836. ὥσπερ τεθνεῶτος μου καταλούει τὸν βίον, (*bona mea dilapidas, prodigis,*) edidit Brunck e membr. et metri caussa. καταλούῃ Bauar. et Elbing.

1099. *ἡττήμεθ᾽* dedit Br. e tribus codd. — tum *κυνούμενοι* edd. Raphel. et Frischl. sed *κινουμ.* bene reliquae, et sic *cinaedi* quoque vocantur in Equit. v. 872.

1100. Huic versui in ed. Farreana (non in meo Cratandri exemplo, quod tamen tamquam fundum huius distinctionis adpellat Brunck.) vti in tribus codd. Br. praefixa est persona Phidippidae. In cod. B. apud Brunckium vnicum verbum *ἡττήμεθ᾽* *Iusto* oratori tributum et Phidippidae persona ante *ὦ κινούμενοι* posita. Sed melius in cod. reg. in Supplem. Br. in edd. pr. et recentioribus omnia *Iusto* tribuuntur Oratori. — *πρὸς τὸν θεὸν* cod. Elbing. idem v. sq. *ἐξατομολῶ.*

ACTVS TERTII

SCENA QVARTA.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

Τί δῆτα, πότερον τοῦτον ἐπάγεσθαι λαβὼν
Βούλει τὸν υἱὸν, ἢ διδάσκω σοι λέγειν;
ΣΤΡ. Δίδασκε, καὶ κόλαζε, καὶ μέμνησ᾽, ὅπως
Εὖ μοι στομώσεις αὐτόν· ἐπὶ μὲν θάτερα,

Οἷαν

SOCRATES, STREPSIADES, PHIDIPPIDES, CHORVS.

SOCR. Quid itaque? vtrum abducere prehensum istum
Vis filium, aut vt eum doceam dicendi artem?
STR. Doce, et castiga, et memento vt
Bene mihi exacuas eum: ex altera parte

Vt

Act. III. Sc. IV.

1103. ἐπάγεσθαι τοῦτον cod. Bauar. Küster e cod. Arundel. scribere iubet ἀπάγεσθαι. et Brunck in Suppl. e cod. reg. πότερα τοῦτον recipiendum putat.

1104. σοι abundat more Atticorum, male in quibusdam codd. Br. τοῦ aut τὸ λέγειν, et cod. C. διδάξω.

1106. Küster animaduertit, ad hunc locum respexisse Iul. Pollucem lib. II. sect. 100. Ἀριστοφάνης στομῶσαι εἴρηκε, τὸ λαλὸν ἀπεργάζεσθαι, *Aristophanes στομῶσαι vocauit, garrulum et loquacem reddere.* Schol. ad Sophoclis Oedip. Coloneum στόμωσιν explicat δείνωσιν καὶ πανουργίαν *atrocitatem et vafritiem.* adde Suidam in στόμωσις, et in στομώτης, vbi locum nostrum adfert, scholia nostra, aut alia paullulum diuersa ante oculos habuit, et explicat; male vero, vti duo codd. Br. habet στομώσῃς. Exponit autem ἀντὶ τοῦ ὀξυνεῖς, *acues,* metaphoram ductam esse a gladiis. Οἷαν explicat δυνατὴν, *caussarum agendarum peritam;*

Οἵαν δικιδίοις· τὴν δ' ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον
Στόμωσον, οἵαν ἐς τὰ μείζω πράγματα.
ΣΩΚΡ. Ἀμέλει, κομιεῖ τοῦτον σοφιστὴν δεξιόν.
ΦΕΙΔ. Ὠχρὸν μὲν οὖν οἶμαί γε, καὶ κακοδαίμονα.
ΧΟΡ. Χώρει νῦν· οἴομαι δὲ
Σοὶ ταῦτα μεταμελήσειν.

ΕΠΙΡ-

Vt ei bucca valeat ad leuiores lites: alteram vero buccam eius
Exacue, vt valeat ad maiora negotia.
SOCR. Ne sis sollicitus, reduces eum argutatorem probum.
PH. Imo pallidum opinor, et miserum.
CHOR. I nunc: arbitror autem
Fore vt te horum poeniteat.

EPIR-

peritam; μείζω πράγματα, τὰ ἄδικα, τὰ ἐμφιλόσοφα, diminutiue dixisse δικιδίοις *liticulis*. — At *maiora negotia* potius interpretarer *magis ardua negotia*, ad quae filium suum vult instrui, vtpote quum ipse senex, quum se daret in disciplinam Socratis, talia noluisset docere, v. 432. adde Ducker. στομώσης — — θατέραν, cod. Bauar.

1111. Brunck ex codd. locum sic emendatum dedit et distinxit personas: (in Suppl. tamen cod. reg. χώρει νῦν. οἶμαι legitur ac Phidippidae continuata oratione tribuitur:)

ΣΩΚΡ. χωρεῖτε νῦν. ΦΕΙΔ. οἶμαι δέ σοι
Ταῦτα μεταμελήσειν.

At cl. Schützio magis placet distinctio vulgata, vt Chorus prioribus verbis χωρεῖτε νῦν introire iubeat Socratem et Phidippidem; sequentia autem οἶμαι — μεταμελ. ad Strepsiadem convertat.

ΕΠΙΡΡΗΜΑ, ΣΤΙΧΩΝ ιϛ'.

ΤΡΟΧΑΙΚΟΙ ΤΕΤΡΑΜΕΤΡΟΙ.

ΧΟΡ. Τοὺς κριτὰς ἃ κερδανοῦσιν, ἤν τι τόνδε τὸν χορὸν
Ὠφελῶσ' ἐκ τῶν δικαίων, βουλόμεσθ' ὑμῖν φράσαι.
Πρῶτα μὲν γάρ, ἢν νεοῦν βούλησθ' ἐν ὥρᾳ τοὺς ἀγρούς,
Ὕσομεν πρώτοισιν ὑμῖν, τοῖσι δ' ἄλλοις ὕστερον.
Εἶτα τὸν καρπὸν τεκούσας ἀμπέλους φυλάξομεν,

Ὥστε

EPIRREMA, VERSVVM XVI.

TROCHAICI OCTONARII.

CHOR. Iudices quid lucri sint reportaturi, si hunc Chorum in aliqua
Re iusta iuuerint, volumus vobis dicere:
Nam, primum, si volueritis agrum nouare mature,
Pluemus vobis primis; caeteris posterius:
Deinde vites fructum iam enixas custodiemus,

Vt

1113. Τοὺς κριτὰς] De hoc Atticismo adcusatiui pro nominatiuo v. Küster ad Plutum v. 55. At vero est potius vel adcusatiuus absolutus et intelligi debet, κατὰ τοὺς κριτάς, *quod adtinet ad iudices*, (v. quae notaui ad Anthol. gr. poeticam, Tyrt. I, 19. p. 44.) vel inuersa est structura, vt h. l. pro βουλόμεθα φράσαι τοὺς κριτάς, i. e. περὶ τῶν κριτῶν, vt v. 1147 τὸν υἱὸν εἰ μεμάθηκε — εἶφ' h. e. περὶ τοῦ υἱοῦ εἰπέ μοι. conf. Dawes. Misc. crit. p. 149. Chorus autem captat iudicum beneuolentiam.

1115. νεᾶν ex duobus codd. et βούλησθ' dedit Br. Hesych. νεᾶν, νεάσαι γῆν. Glossa: ἀροτριᾶν, *nouare, terram aratro vertere*. ἐν ὥρᾳ glossa εὐκαίρως· at melius vertit Br. *ineunte vere*.

Ὥστε μήτ' αὐχμὸν πιέζειν, μήτ' ἄγαν γ' ἐπομβρίαν.
Ἢν δ' ἀτιμάσῃ τις ἡμᾶς, θνητὸς ὢν, οὔσας θεὰς,
Προσεχέτω τὸν νοῦν πρὸς ἡμῶν οἷα πείσεται κακὰ,
Λαμβάνων οὔτ' οἶνον, οὔτ' ἄλλ' οὐδὲν ἐκ τοῦ χωρίου.
Ἡνίκ' ἂν γὰρ αἵτ' ἐλᾶαι βλαστάνωσ', αἵτ' ἄμπελοι,
Ἀποκεκόψονται· τοιαύταις σφενδόναις παιήσομεν.
Ἢν δὲ πλινθεύοντ' ἴδωμεν, ὕσομεν· καὶ τοῦ τέγους
Τὸν κέραμον αὐτοῦ χαλάζαις στρογγύλαις συντρίψομεν.

Κἂν

Vt neque ſiccitas (rubigo) eas premat, neque nimia pluuia.
Si vero aliquis contemſerit nos, ipſe mortalis, nos Deas,
Is aduertat animum quanta ſit paſſurus mala,
Dum nec vinum accipit, nec aliud quicquam e fundo ſuo.
Nam quando germinauerint oleae et vites,
Amputabuntur, ejusmodi fundis eas caedemus.
Si vero lateres illum fingere videbimus, pluemus: et tecti
Tegulas eius grandine rotunda comminuemus.

Tum

1118. *ἄγαν ἐπομβρίαν*, omiſſa particula γ' e IV codd. dedit Brunck.

v. 1120. *πρὸς ἡμᾶς* cod. Elbing.

1121. *Xenoph.* M. S. II. 7. 2 (vbi v. Erneſti et Zeune) *λαμβάνομεν οὔτε ἐκ τῆς γῆς οὐδέν — οὔτε ἀπὸ τῶν οἰκιῶν*.

1122. Interpunctionem minorem poſt *ἄμπελοι* poſui cum Brunck. qui, ordo eſt, bene ait, „*ἡνίκ' ἂν βλαστάνωσιν αἵ τε ἐλάαι καὶ αἱ ἄμπελοι, ἀποκεκόψονται αὗται*. Verbum *βλαστάνωσιν* ad vtrumque nominatiuum pertinet *ἐλᾶαι* (ſic enim in textu et notis ſcripſit Br. conf. Thom. Mag. v. *ἐλάα*, ibique interpret. p. 292.) et *ἄμπελοι*, alterumque verbum *ἀποκεκόψονται* tam de oleis, quam de vitibus intelligendum.“ Hinc vertit: *Nam quando germinauerint oleae et vites, concidentur, adeo validis eas contundemus fundis*. In cod. regio in Suppl. verbo *ἀποκεκόψονται* ſuperſcripta eſt gloſſa *ἀφ' ἡμῶν*. *παιήσομεν* a *παίω*. male *ποιήσομεν* in c. Elb.

Κἂν γαμῇ ποτ' αὐτὸς, ἢ τῶν ξυγγενῶν, ἢ τῶν φίλων,
Ὕσομεν τὴν νύκτα πᾶσαν· ὥστ' ἴσως βουλήσεται
Κἂν ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν ὢν μᾶλλον, ἢ κρῖναι κακῶς.

ACTVS QVARTI
SCENA PRIMA.
ΤΡΙΜΕΤΡΟΙ ΙΑΜΒΙΚΟΙ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

Πέμπτη, τετρὰς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα·
Εἶθ', (ἣν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν
Δέδοικα

Tum si quando nuptias aut ipse, aut cognatorum et amicorum eius aliquis celebrabit,
Tota nocte pluemus: vt forsitan malit
Vel in Aegypto potius fuisse, quam iudicasse perperam.

SENARII IAMBICI.

STREPSIADES.

Quintus *dies*, quartus, tertius, post hunc alter
Deinde, quem ego maxime omnium dierum
Timeo

1127. πᾶσαν ὡς (tum incipit nouus versiculus) τ' ἴσως cod. Bauar.

Act. IV. Sc. I.

1129. Scena mutatur. Postquam Iustus captiosis Iniusti quaestionibus et artibus, (quae tum temporis forum atticum corruperant,) victus aufugerat, senex de vltimo mensis die, quo vsurae exigi solebant a foeneratoribus, cogitans, accedit tristis ad scholam et euocat filium. Socratem exeuntem donat sacco farinae (v. 1145 sqq.); mire gaudet, accepto nuntio, filium idoneum factum esse debitoribus et iudicibus eludendis (—1170); et postquam ex colloquio cum filio habito illius ingenium et astutiam cognosse sibi visus est, beatum se praedicat eumque domi conuiuio vult excipere, (vsque ad v. 1215).

1129. Πέμπτη etc.] n. ante

Δέδοικα καὶ πέφρικα καὶ βδελύττομαι.
Εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ' ἔνη τε καὶ νέα.
Πᾶς γάρ τις ὄμνυσ', οἷς ὀφείλων τυγχάνω,
Θείς μοι πρυτανεῖ', ἀπολεῖν με φησὶ κἀξολεῖν,
Ἐμοῦ

Timeo et horreo, et abominor,
Statim post hunc est vetus et nouus.
Nam vnusquisque eorum quibus debeo iurat,
Deposita mercede iudiciaria, se me funditus perditurum;
Me

te vltimum mensis diem, h. e. *tricesimum*, qui dicebatur ἕνη καὶ νέα. quandoquidem, vt ait scholiastes, de veteri ac nouo lumine participat (μετέχει): nempe quod coniunctio Solis et Lunae eadem die fieret, atque inde τριακάδος loco ἕνη καὶ νέα (*vetus et noua*) dicta sit a Solone eadem dies, aut, vt Proclus in Timaeum lib. I. pag. 25 ait, quum Solonis mensis Lunaris non esset triginta dierum, propter ea ipse vocauit *veterem et nouam* (ἕνην καὶ νέαν) Lunam n. seu tricesimam mensis diem. v. Spanhem. Athenienses vero vltimae decadis mensis, (qui in tres decadas diuidebatur), eiusque φθίνοντος ordine retrogrado numerabant, ita vt vltimum diem nominarent ἕνην καὶ νέαν, vicesimum nonum δευτέραν φθίνοντος, vicesimum octauum τρίτην φθίνοντος etc. Ergo locus noster est intelligendus: *En vicesimus sextus, vicesimus septimus, vicesimus octauus*, post hunc, XXVIIII. etc.

1132. Rectius exaratur ἔνη cum spiritu tenui, vti Spanhem. scripsit et Br. e duobus codd. ἔστ' ἔνη reddidit. et sic apud Demosthenem Reiskii aliosque. Ἕνος autem est vocabulum obsoletum et paene rituale pro παλαιός, vt Reiske in Indice graecitatis Demosthen. h. v. ait. adde *Timaei* Lex. Platon. h. v. p. 74 ibique Ruhnken. *Harpocration* tamen in ἕνη καὶ νέα, per se, ait, τὸ ἕνον δασυνόμενον, (*cum spiritu aspero*,) τὸ πρότερον καὶ παρεληλυθὸς δηλοῖ. — In cod. Elbing. ἕννη peius est exaratum. ἔννη c. Bauar.

1134. Brunck, vt partes cohaererent, edidit — ἀπολεῖν τε φησὶ κἀξολεῖν, ἐμοῦ μέτριά τοι καὶ δικ. et vertit: — *pignoraque deponit, adfirmans, se funditus me pessumdaturum, tametsi interea, vt parcant aequosque*
se

Ἐμοῦ μετριά τε καὶ δίκαι' αἰτουμένου·

Ὦ δαι-

Me interea, vt parcat, aequumque et iustum se praebeat *sic* petente:

O bone

se praebeant, *his verbis eos oro etc.* Πρυτανεῖα θεῖναί τινι est proprie, *prytanea cum aliquo deponere*, siue, vt Romani loqui solebant, *sacramento cum aliquo contendere;* per consequens, *dicam alicui dicere*, *in ius aliquem vocare*. „Nimirum, ait Küster, πρυτανεῖα apud Athenienses fere erat idem, quod Latini *sacramentum* vocabant: siue certa pecuniae summa, quam iudicio inter se contendentes, tam actor, quam reus, in iudicio deponebant; ea conditione, vt victus non solum partem suam aerario relinqueret, sed etiam victori, (cuius sacramentum itidem aerario cedebat,) parem pecuniae summam restitueret. Hanc tantum inter *sacramentum* Romanorum et πρυτανεῖα Atheniensium puto fuisse differentiam; quod apud Romanos *sacramentum* victi tantum aerario cederet; victor autem partem suam reciperet: contra apud Athenienses tam victoris, quam victi πρυτανεῖα ad aerarium redirent: ita tamen, vt victus victorem indemnem praestaret, pari pecuniae summa ei restituta.“ v. Polluc. lib. VIII. sect. 38. ibique interp. p. 876. Quod vero scholiastes ait, in romano foro *sportulas* adpellari πρυτανεῖα Atheniensium, illam interpretationem non prorsus improbat Casaubon. ad Athenaeum lib. VI. c. 8 fin. p. 420. et secundum codicem lib. II. titulo *de sportulis et sumtibus in diuersis iudiciis faciendis* sensu sumit generali, quo omnes denotantur sumtus, quos litigantes faciebant: peculiariter autem pecuniam iudicibus dandam pedaneis, ita esse vocatam. At discrimen tamen insigne est, si curatius rem consideremus et loquamur; nec negat id Casaubonus: πρυτανεῖα in aerarium publicum conuertebantur, erant τέλη, (v. locum classicum apud Aristoph. Vesp. v. 655 sqq. ibique schol.) et aerario publico in poenam temere litigantium adplicabantur: *sportulae* Romanorum iudicibus ipsis, tamquam lucellum sollemne, cedebant: vt alia ante memorata omittam. conf. Suidam h. v. et inprimis Henr. Valesii Notas in notas Maussaci ad Harpocrat. h. v. pag. 130. Spanhem. ad v. 1182.

Ὦ δαιμόνιε, τὸ μέν τι νυνὶ μὴ λάβῃς,
Τὸ δ' ἀναβαλοῦ μοι, τὸ δ' ἄφες. Οὔ φασιν ποτε
Οὕτως ἀπολήψεσθ', ἀλλὰ λοιδοροῦσί με,
Ὡς ἄδικός εἰμι, καὶ δικάσεσθαί φασί μοι.
Νῦν οὖν δικαζέσθων· ὀλίγον γάρ μοι μέλει,
Εἴπερ μεμάθηκεν εὖ λέγειν Φειδιππίδης.
Τάχα δ' εἴσομαι, κόψας τὸ φροντιστήριον.
Παῖ, ἠμί, παῖ, παῖ.

ACTVS QVARTI
SCENA SECVNDA.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

Στρεψιάδην ἀσπάζομαι.
ΣΤΡ. Κἄγωγέ σ'· ἀλλὰ τουτονὶ πρῶτον λαβέ.

Χρὴ

O bone, velis istud iam non accipere,
Illud differre, hoc remittere; at illi negant se vnquam
Hoc pacto *sua* recipere posse, et mihi conuicium faciunt.
Aiunt me iniustum esse hominem, et se citaturos me.
Nunc itaque citent; non magnopere laboro,
Si modo Phidippides artem bene dicendi addidicit.
Sed mox sciam, vbi fores Scholae pulsauero.
Puer, heus, puer, puer.

SOCRATES, STREPSIADES.

Socr. Strepsiadem saluto.
Str. Et ego te: sed istum saccum farinae prius accipe.

Oportet

1136. *μέν τοι* cod. Bauar.

1137. *φασὶν ποτὲ*, cum accentu Brunck.

1144. Male hic versus a superiori diuisus est et discerptus ab iis, qui in Actus et scenas diuisionem fecerunt.

Χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάζειν τι τὸν διδάσκαλον.
Καί μοι τὸν υἱὸν εἰ μεμάθηκε τὸν λόγον
Ἐκεῖνον, εἴφ᾽, ὃν ἀρτίως εἰσήγαγες.
ΣΩΚΡ. Μεμάθηκεν. ΣΤΡ. Εὖ γ᾽, ὦ παμβασιλεῖ
Ἀπαιόλη.
ΣΩΚΡ. Ὥστ᾽ ἀποφύγοις ἂν, ἥντιν᾽ ἂν βούλῃ, δίκην.
ΣΤΡ. Κ᾽ εἰ μάρτυρες παρῆσαν, ὅτ᾽ ἐδανειζόμην;
ΣΩΚΡ. Πολλῷ γε μᾶλλον, κἂν παρῶσι χίλιοι.
ΣΤΡ. Βοάσομ᾽ ἄρα τὰν ὑπέρτονον
Βοάν. Ἰὼ, κλάετ᾽ ὦ βολοστάται,

Oportet enim Magiſtrum honorario aliquo afficere.
Et, an filius addidicerit ſermonem
Illum, dic, quem nuper introduxiſti.
Socr. Addidicit. Str. Bene ſane, o Fraus regina.
Socr. Adeoque cuiuslibet criminis facile efficiet vt abſoluaris.
Str. Etiamne ſi teſtes adfuiſſent, cum foenore acciperem?
Socr. Multo magis, etiamſi mille adfuiſſent.
Str. Itaque exclamabo alte intenſa
Voce: io! Nummularii, vae vobis: nunc pereatis

1146. ἐπιθαυμάζειν, ἀντὶ τοῦ δώροις τιμᾶν. Suidas. At Euſtath. qui ad Iliad. p. 912. l. 58 locum noſtrum excitat, habet, (quod quidem perinde eſt, praepoſitione ornatui tantum hic ſeruiente,) ἀποθαυμάσαι, et exponit ἀντὶ τοῦ μισθὸν δοῦναι, *mercedem dare*. v. Küſter et Ducker.

1147. τὸν υἱὸν — εἴφ᾽] v. ad verſum 1113.

v. 1149. ἀπαυόλη in cod. Elbing. pro ἀπαιόλη, et v. ſeq. βούλει.

1151. κεὶ παρῆσαν χίλιοι Br. et vt reſpondeat verſui antecedenti, et, quod in duobus codd. exſtat παρῆσαν. in cod. Bauar. παρῶσι.

1153. βοάσομαι γ᾽ ἄρα edidit Br. e IV codd. quibuscum conſentit cod. Elbing. et propter metri rationes. Eſt enim ſenarius; eademque de cauſſa ad hunc verſum reduxit βοάν.

1154. κλάειν ſine iota ſubſcripto Brunck. conf. Hemſterhuſ. ad Ariſtoph. Plut. v. 62 et 612. Koen. ad Corinth.

Αὐτοί τε, καὶ τἀρχαῖα, καὶ τόκοι τόκων·
Οὐδὲν γάρ ἄν με φλαῦρον ἐργάσησθ' ἔτι,
Οἷος ἐμοὶ τρέφεται
Τοῖσδ' ἐνὶ δώμασι παῖς,
Ἀμφήκει γλώττῃ
Λάμπων, πρόβολος ἐμός,
Σωτὴρ

Et vos ipsi, et sors, et vsurae vsurarum.
Nihil amplius mihi nocebitis.
Talis mihi educatur
In istis aedibus filius,
Ancipiti lingua
Micans, columen meum (propugnator, defensor meus),
Conser-

Grammat. p. 30. n. 54. Moerin pag. 231 ibique Pierson. Thom. Mag. p. 535 ibique interpr. — ὀβολοστάται h. l. in genere *foeneratores*. Proprie ii, qui pauperibus summas numorum paruas mutuas dant, et pro vsura singulos obolos accipiunt, vel diebus singulis vel singulis mensibus. v. Salmas. de Vsuris p. 581 sq. Fischer ind. ad Aeschin. dial. h. v.

1155. τ' ἀρχαῖα, h. e. *sortes, capita pecuniae creditae, in foenus datae* edidi post Brunckium V. C. e cod. C. atque cod. Elbingensi, sensu exigente, et antea iam iubentibus Biseto, Küstero et Spanhemio. Vulgatum olim ἀρχεῖα, (quae a glossatore membr. Brunck explicantur δικαστήρια,) quod de regia, aut praetorio, aut magistratuum cura, aut tabulario, aut magistratu ipso Spartanorum dicitur; quomodo explicueris, huc non quadrat. — *Vsurae vsurarum* (τόκοι τόκων) Athenis nec insolitae, nec aeque ac apud Romanos sub imperatoribus, seuere prohibitae fuerunt. v. Spanhem.

v. 1156. ἐργάσησθ'] Br. hoc, quod soloecum iudicavit, in ἐργάσεσθ' mutauit: atque ad versum 465 protulit exempla, quibus contra Dawesium ostenderet, potentiale ἂν etiam construi cum futuro indicatiui. Futurum autem prim. medii saepe mutatum est a librariis in aoristum primum. v. cl. Fischer ad Aeschin. dial. I. 11. 3. ἐργάσαισθ' cod. B. quod haud omnino improbat Br. adde Th. Mag. voc. εἰ p. 267.

Σωτὴρ δόμοις, ἐχθροῖς ἀνιαρός,
Λυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν·
Ὃν κάλεσον τρέχων
Ἔνδοθεν ὡς ἐμέ.
Ὦ τέκνον, ὦ παῖ, παῖ,
Ἔξελθ' οἴκων·
Ἄϊε σοῦ πατρός.
ΣΩΚΡ. Ὅδ' ἐκεῖνος ἀνήρ.
ΣΤΡ. Ὦ φίλος, ὦ φίλος.
ΣΩΚΡ. Ἄπιθι σὺ λαβών.

Conſeruator domus, inimicis grauis (hoſtibus infeſtus),
Profligator paternarum curarum et magnarum moleſtiarum;
Quem euoca ocyus
Foras ad me.
O fili, o fili, fili,
Egredere domo.
Audi patrem *vocantem*,
Socr. Hic vir ille eſt.
Str. O amice, o amice!
Socr. Accipe eum ad te et abi.

1161. ἐχθροῖς βλάβη (pro βλαβερὸς) cod. reg. in Supplem. Br. qui probat.

1163. 64. conf. *Valcken.* ad Theocrit. Adoniaz. v. 43. p. 353. B. Haud diuiſos exhibuit illos verſus Brunck e membranis. Pariter coniunxit verſſ. 1166 et 67. — ὡς ἐμὲ pro ὡς εἰς ἐμὲ, de qua loquendi forma vide Koen. ad Gregor. Grammat. p. 32. Klotz ad Tyrtaeum p. 81. ed. Altenb. et cl. Fiſcher in indice ad Aeſchinis dialogos voc. ὡς, vbi contra Valckenar. ad Eurip. Phoen. pag. 475 et ad Herodot. II. 135. pag. 169 de vſu illius particulae differentem atque adfirmantem, ὡς pro πρὸς aut εἰς de animatis tantum dici, docte copioſeque diſputat.

1169. φίλος] pro φίλε. v. Gregor. Corinth. de dialect. §. 53. pag. 47 ibique Koen. not. 82.

ACTVS QVARTI
SCENA TERTIA.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

Ἰὼ, ἰὼ, τέκνον.
Ἰοῦ, ἰοῦ.
Ὡς ἥδομαί σου πρῶτα τὴν χροιὰν ἰδών.
Νῦν μέν γ' ἰδεῖν εἶ πρῶτον ἐξαρνητικὸς,
Κἀντιλογικὸς, καὶ τοῦτο τοὐπιχώριον
Ἀτεχνῶς ἐπανθεῖ, τὸ, τί λέγεις σύ; καὶ δοκεῖν
Ἀδικοῦντ' ἀδικεῖσθαι, καὶ κακουργοῦντ' οἶδ' ὅτι·
Ἐπὶ τοῦ προσώπου τ' ἐστὶν Ἀττικὸν βλέπος.

Νῦν

STREPSIADES, PHIDIPPIDES.

STR. Io! Io! mi fili.
Iu! Iu!
Vt laetor cum primum colorem tuum intueor.
Nunc facies indicat te paratum primo ad negandum,
Deinde ad contradicendum: et iſtud vernaculum
Reuera in te apparet et viget: *nempe:* quid ais? item: videri
Illum iniuriam accepiſſe, qui alteri intulerit, et, ſat ſcio, maleſecerit.
In vultu etiam tuo ineſt Atticus adſpectus (obtutus).

Nunc

1178. Citant hunc verſum et *Gregor. Corinth.* de dialectis §. X. pag. 17. vt exemplum daret, Atticos βλέπος pro βλέμμα adhibuiſſe, et *Schol.* ad Ariſtoph. Plutum v. 342 vbi vetus enarrator ſcripſit ἐπὶ τοῦ προσ. γάρ ἐστιν, quod Hemſterhuſ. in commentario ad illam fabulam aeque neutiquam aſpernatur, ac lectionem cod. Doruill. τ' ἔνεστιν. Atque τ' ἔνεστιν, quod tamen metro

Νῦν οὖν ὅπως σώσῃς μ᾽, ἐπεὶ κἀπώλεσας.
ΦΕΙΔ. Φοβεῖ δὲ δὴ τί; ΣΤΡ. Τὴν ἕνην τε καὶ νέαν.
ΦΕΙΔ. Ἕνη γάρ ἐστι καὶ νέα τις ἡμέρα;
ΣΤΡ. Εἰς ἥν γε θήσειν τὰ πρυτανεῖα φασί μοι.
ΦΕΙΔ. Ἀπολοῦντ᾽ ἄρ᾽ αὔθ᾽ οἱ θέντες· οὐ γὰρ ἔσθ᾽
ὅπως

Nunc ergo da operam vt me conſerues, quia perdidiſti etiam.
PH. Quid ergo times? STR. Veterem et Nouum diem.
PH. Quis autem eſt ille vetus et nouus dies?
STR. In quem ſe aiunt mihi depoſituros prytanea.
PH. Peribunt ergo qui depoſuerint; non enim poteſt fieri

tro aduerſari, acuti monent critici, habet quoque *Suidas*, verſus hos citans in τί λέγεις σύ; quod in diſputationibus cum aduerſariis dici ſolere ait Lexicographus, ſi eos perterrefacere velimus. Idem tamen Suidas rectius dedit τ᾽ ἐστὶν in voc. βλέπος. Koenio ad locum Gregorii vera ſcriptura videtur vel γ᾽ ἐστὶν, (vti exaratum eſt in cod. Bauarico,) vel potius ἐπὶ τοῦ προσώπου γ᾽ ἔνεστιν A. β. Suidas praeter ea vtroque loco βλέπος Ἀττικὸν explicat *vultum malignum, impudentem, callidum, audacem.* Eſt igitur *frons perfricta.* Adde Polluc. II. 56. et Spanhem.

1179. σώσεις edidit Br. e codd. A. et C. et ſic iam ex conſuetudine Atticorum correxerat Toup. in Emendatt. in Suidam part. I. pag. 31. ed. Lipſ. ante ὅπως vero ſubintelligendum eſt βλέπε aut ſimile verbum. *Nunc ergo vide, vt me, quem perdideras, ſerues.* adde Daweſ. Miſc. critica p. 227.

1180. In cod. Elbing. et Bau. Φοβῇ — δὴ deeſt. — tum ἔννην Elb. ἔννη Bau.

1183. ἀπολοῦντ᾽] Sic quinque codd. nec mutat Br. at Dawes in Miſc. crit. p. 266 ſq. arbitratus, poetis atticis non licuiſſe vllam diphthongum elidere, ne ſyllaba quidem breui ſequente, emendare ſuſtinuit ἀπόλοιντ᾽ ἄρ᾽, *male pereant.* Enimuero iam Koen. ſupra ad v. 984 laudatus, Tyrwhitt et Burgeſs ad Daweſ. p. 471 ſq. exemplis contrariis docuerunt, nimis ſubtile eſſe illud praeceptum, et ſecundum illud

Μί' ἡμέρα γένοιτ' ἂν ἡμέραι δύο.
ΣΤΡ. Οὐκ ἂν γένοιτο; ΦΕΙΔ. Πῶς γάρ, εἴ μήπερ ἅμα γ'
Αὐτὴ γένοιτο γραῦς τε καὶ νέα γυνή;
ΣΤΡ. Καὶ μὴν νενόμισταί γ'. ΦΕΙΔ. Οὐ γάρ, οἶμαι, τὸν νόμον
Ἴσασιν ὀρθῶς, ὅ, τι νοεῖ; ΣΤΡ. Νοεῖ δὲ τί;
ΦΕΙΔ. Ὁ Σόλων ὁ παλαιὸς ἦν φιλόδημος τὴν φύσιν.
ΣΤΡ. Τουτὶ μὲν οὐδέν πω πρὸς ἕνην τε καὶ νέαν.
ΦΕΙΔ. Ἐκεῖνος οὖν τὴν κλῆσιν εἰς δύ' ἡμέρας
Ἔθηκεν, εἴς τε τὴν ἕνην τε καὶ νέαν,
Ἵν' αἱ θέσεις γίγνοιντο τῇ νουμηνίᾳ.
ΣΤΡ. Ἵνα δὴ τί τὴν ἕνην προσέθηκεν; ΦΕΙΔ. Ἵν', ὦ μέλε,

Παρόν-

Vt vnus dies biduum ſit.
Str. Ne fiat ſane. Ph. Nam quo pacto? niſi ſimul
Eadem mulier et vetula ſit et iuuencula?
Str. Atqui lex ita fert. Ph. Non enim, vt ego puto, legem
Intelligunt recte. Str. Quis ergo eſt ſenſus legis?
Ph. Solon ille antiquus erat ingenio populari.
Str. Hoc quidem nihil facit ad veterem et nouum diem.
Ph. Ille igitur citationem in duos dies
Conſtituit; in veterem et nouum,
Vt prytanea deponerentur nouilunio.
Str. Cur itaque veterem addidit? Ph. Vt

Adſint

omnia loca, quae correctione non egeant, eſſe corrigenda. Atque Brunck, ſi quid mutandum videretur, praeferret ἀπολοῦσιν ἄρ' αὖθ' οἱ θέντες.

1187. νενόμισταί γε cod. Elbing.

1192. ἔθηκεν — ἵν' — γίγνοιντο] de hac conſtructione τοῦ ἵνα cum optatiuo, quod verbis de tempore non niſi praeterito vſurpatis ſubiungi ſolet, atque *fierent* eſt vertendum, v. Daweſ. Miſc. crit. p. 85 ſq.

Παρόντες οἱ φεύγοντες ἡμέρᾳ μιᾷ
Πρότερον, ἀπαλλάττοινθ' ἑκόντες· εἰ δὲ μή,
Ἕωθεν ὑπανιῷντο τῇ νουμηνίᾳ.
ΣΤΡ. Πῶς οὐ δέχονται δῆτα τῇ νουμηνίᾳ
Ἀρχαὶ τὰ πρυτανεῖ', ἀλλ' ἔνῃ τε καὶ νέᾳ;
ΦΕΙΔ. Ὅπερ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί μοι παθεῖν,

M 5

Adſint rei vno die
Prius, et ſponte ſe a litibus diſſoluant, re compoſita; ſin minus
Vt mane, ipſo nouilunio acrius poſtulentur.
Str. Quid? an non accipiunt itaque nouilunio
Magiſtratus prytanea, verum die vetere et nouo?
Ph. Idem enim mihi facere videntur, quae praeguſtatores,

Vt

1196. ἀπαλλάττειν θ' c. Elbing.

1198—2004. Hos verſus excitat Athenaeus Deipnoſ. libr. IV. cap. 21. p. 171. ad ſignificationem τοῦ προτένθου, vti eum Graeci Alexandri ſaeculo nominaſſe, Romanos vero *praeguſtatorem* ſcribit, corroborandam. Quod vero Athen. illos ἐν προτέραις νεφέλαις exſtitiſſe ſcribit, id vel notandum venit, vel eſt mendum a librariis aut oſcitantia ipſius Athenaei profectum. At Athenaeus ibidem narrat, ſe plebiſcitum de Cephiſodoro ſummum Athenis magiſtratum gerente inueniſſe, in quo οἱ προτένθαι veluti collegium et coetus quidam memorati fuiſſent, iidemque, qui celebritatem auſpicati eſſent. Atqui ad iſtos, quorum officium ad ſacra pertinuerit, poetam reſpexiſſe potius cum Brunckio V. C. arbitror, quam vt cum reliquis interpretibus, pro *guloſis*, vel *propolis*, *cocionibus*, *arilatoribus* ſumam: e qua poſteriore eaque vulgari expoſitione frigida oritur ſententia. v. Brunckium, qui addit originationem vocabuli ex Euſtathio ad Il. p. 720. l. 19: προτένθης, ὃ ἐκ τοῦ τένδω γίνεται, τροπῇ τοῦ δ εἰς θ, δηλοῦν τὸν προγεύστην, et ad Odyſſ. pag. 1874. lin. 13. ἐκ τοῦ τένδειν, ὅπερ ἐστὶν ἐσθίειν κατὰ τό, (Heſiod. ἔργ. 524) ὃν πόδα τένδει, τὸν προτένθην ἐποίησαν, ὅς ἐστι προγεύστης.

1200. μὴ pro μοὶ in cod. Elbing.

Ἵν' ὡς τάχιστα τὰ πρυτανεῖ' ὑφελοίατο,
Διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν ἡμέρᾳ μιᾷ.
ΣΤΡ. Εὖγ', ὦ κακοδαίμονες, τί κάθησθ' ἀβέλτεροι,
Ἡμέτερα κέρδη τῶν σοφῶν, ὄντες λίθοι,
Ἀριθμὸς, πρόβατ', ἄλλως ἀμφορῆς νενασμένοι;

Vt quam celerrime prytanea raperent;
Propterea vno die prius occuparunt (praegustarunt).
Str. Bene sane. Sed vos miseri, quid sedetis stolidi,
Qui estis nobis lucrum, cum sitis lapides,
Numerus, oues, amphorae temere coaceruatae?

Quare

1201. vide ad vers. 1192. ὅπως loco ἵν' ὡς cod. Bauar. ὅπως τάχιστα cod. reg. in Suppl. Brunckii, cum scholio in margine: τοῦτο οὕτω συντάξεις· ὅπως τάχιστα ὑφελοίατο καὶ λάβοιεν τὰ πρυτανεῖα, διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν καὶ προὔλαβον ἡμέρᾳ μιᾷ. δοκοῦσι γάρ μοι παθεῖν, ὅπερ οἱ προθέντες. ἐποίησε δὲ τὴν σύνταξιν ἀσαφῆ τῷ προτάξαι τὴν κατασκευήν.

1202. προυτένθεσαν cod. Elbing.

1204. ἡμετέρα κέρδη τῶν σοφ.] attice, pro κέρδη ἡμῶν τῶν σοφῶν. v. Küster ad Plutum v. 33. qui locum nostrum ita explicat: *O vos stultos, quos nos sapientes et callidi quaestui habere solemus:* siue; *quos nos callidi facile circumuenire et argento emungere nouimus.*

1205. ἀριθμὸς, λίθοι, πρόβατα etc. de hominibus vilibus, inertibus, nullius pretii. v. Bergl.

ib. ἀμφορῆς etiam Br. e membranis: tres autem alii apud illum, Suidas in ἀμφορεαφόρος, tom. I. p. 156. cod. Dorvill. apud Hemsterh. ad Plut. v. 808. p. 274. habent ἀμφορεῖς et in gloss. cod. Dorvill. explicantur τὰ μαγαρικά. lege μεγαρικά· atque de fictilibus Megaricis, quae in pretio fuerunt, vide Hemsterhus. loco mem. et Pierson ad Moerin. pag. 393. Glossa MS. ad nostrum locum apud Carol. du Cang. in Gloss. M. et I. gr. legit ἀμφορεῖς γενησμένοι cum expositione (quae etiam in cod. Br. adscripta est), μεγαρικὰ σεσωρευμένα. Atque νενησμένοι habent codd. paullo ante memorati, MSS. Elb. et Vatic. V. Suid. voc. Ἀμφορεαφορ. et v. Νενημένην (quae quamquam lectio Küstero ad Suidam vtroque loco

Ὥστ᾽ εἰς ἐμαυτὸν, καὶ τὸν υἱὸν τουτονὶ,
Ἐπ᾽ εὐτυχίαισιν ᾀστέον μοὐγκώμιον.
Μάκαρ ὦ Στρεψίαδες,
Αὐτός τ᾽ ἔφυς ὡς σοφὸς,
Χ᾽ οἷον τὸν υἱὸν ἐκτρέφεις;
Φήσουσι δή μ᾽ οἱ φίλοι,
Χ᾽ οἱ δημόται ζηλοῦντες,
Ἡνίκ᾽ ἂν σὺ νικᾷς λέγων τὰς δίκας.

Ἀλλ᾽

Quare in me ipſum et filium iſtum
Ob hanc felicitatem canendae ſunt mihi laudes.
O beate Strepſiades,
Quam et ipſe es ſapiens,
Et qualem filium educas!
Talem vtique me praedicabunt amici
Et populares admirabundi,
Quando tu cauſas viceris *in foro* perorando.

Sed

eo poſtponenda viſa eſt vulgatae νενασμένοι *repleti* a γάσσω, νάσω, ad Ariſtophanem tamen non videtur aſpernanda, praeſertim propter auctoritatem cod. Vat., isque deriuat a νέω vel νήω *glomero*). Brunck igitur reſcripſit νενησμένοι. Suidas priore loco exponit, quid ſit ἀμφορεὺς, poſteriore autem loco verſus noſtros, Νενημένην καὶ νενησμένην. σεσωρευομένην. Poſt adlatos Ariſtophanis verſus τί κάθησθ᾽ — νενησμένοι; pergit „τουτέστιν, ἀνόητοι. Haec (vt verſione latina breuitatis cauſſa vtar) ad ſpectatores [poeta] dicit. Per ſtultum enim prudens exploratur. Et ἀμφορεῖς νενησμένοι *amphorae*, vel *teſtae*, *temere accumulatae*. Νῆσαι enim ſignificat τὸ σωρεῦσαι *coaceruare* vel *accumulare*.“ adde cl. Zeune ad Xenophont. de expeditione Cyri lib. V. c. 4. §. 27. p. 322. et Hutchinſon. ad eumdem Xen. locum ſect. 16. Bergler explicat vulgatam lectionem, nec Spanhem. deſerit hanc, quippe quae eumdem fundat ſenſum copiae atque abundantiae.

v. 1206. ᾽μαυτὸν c. Elb.

1207. μοὐγκώμιον] i. e. μοι ἐγκώμιον. v. Koen. ad Gregor. Corinth. de dialect. §. LXXVII. p. 64.

1213. λέγων νικᾷς cod. Elbing.

Ἀλλ' εἰσαγαγών σε βούλομαι
Πρῶτον ἑστιάσαι.

ACTVS QVARTI
SCENA QVARTA.
ΙΑΜΒΙΚΟΙ ΤΡΙΜΕΤΡΟΙ.

ΠΑΣΙΑΣ Ο ΔΑΝΕΙΣΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΜΑΡΤΥΡ.

Εἶτ' ἄνδρα τῶν αὑτοῦ τι χρὴ προϊέναι;
Οὐδέποτέ γ'· ἀλλὰ κρεῖττον ἦν εὐθὺς τότε
Ἀπερυθριάσαι γε μᾶλλον, ἢ σχεῖν πράγματα,

Ὅτε

Sed introductum te volo
Prius conuiuio excipere.

IAMBICI SENARII.

PASIAS DANISTA, STREPSIADES, TESTIS.

PAS. Ergoné quenquam oportet suorum quicquam aliis dare? (*profundere?* s. *proiicere?*)
Nunquam sane: sed satius erat tunc statim *cum peterent*
Deposuisse frontem *negando* potius, quam molestias cepisse;

Cum

Act. IV. Sc. IV.

1216. Venit danista, debita exacturus, deinde alius eadem de caussa. Strepsiades vero fretus arte, quam didicisse filium putat, et ineptiis quibusdam philosophicis ac grammaticis, (qua re comicus exagitat sophistas sui aeui,) vsus vi expellit illos tamquam homines indoctos rudesque litterarum, negans, se illis esse soluturum. Per Chorum poeta suam declarat ciuibus sententiam et praeparat auditores ad exitum rei et doctrinae sophisticae perniciosae atque iniurias, quibus filius patrem mox adficiet, cognoscendas.

1218. *γε* ante *μᾶλλον* abest c. Bau.

Ὅτε τῶν ἐμαυτοῦ γ' οὕνεκα νυνὶ χρημάτων
Ἕλκω σε κλητεύσοντα, καὶ γενήσομαι
Ἐχθρὸς ἔτι πρὸς τούτοισιν ἀνδρὶ δημότῃ.
Ἀτὰρ οὐδέποτέ γε τὴν πατρίδα καταισχυνῶ
Ζῶν, ἀλλὰ καλοῦμαι Στρεψιάδην. ΣΤΡ. Τίς
οὑτοσί;
ΠΑΣ. Ἐς τὴν ἕνην τε καὶ νέαν. ΣΤΡ. Μαρτύρομαι,
Ὅτι ἐς δύ' εἶπεν ἡμέρας. τοῦ χρήματος;
ΠΑΣ.

Cum nunc etiam ob mea ipsius bona
Te traho testem citationis, et futurus sum
Insuper inimicus homini populari.
Sed nunquam dedecorabo patriam,
Quoad vixero: verum voco Strepsiadem in ius. Str.
Quis iste?
Pas. Ad veterem et nouum diem adesto. Str. Testor,
In duos eum dixisse dies. Sed quamobrem me citas?
Pas.

1219. γ' ἕνεκα νυνὶ Br. e duobus codd. ἀπερυθριῶ est, *pudorem* s. *ruborem*, pudoris indicem, (v. Doruill. ad Charit. pag. 200,) *depono*. ὅτε glossa Br. ἐπεί. Sensus est: Satius futurum fuisset, si tunc, quum primum peteretur a me pecunia, plane, sine vllo pudore, verecundia denegassem; quam vt nunc sufferrem molestias: nam nunc non cogerer, alterum tamquam testem citationis (h. e. vt testis mihi esset, Strepsiadem a me in ius esse vocatum), adducere, neque hominem popularem flagitationibus infensum mihi redderem. Enimuero non deseram morem patrium, neque infamabo illum, dubitando, Strepsiada in ius vocare. Poeta vero commode acriterque notat consuetudinem Atheniensium, qui in foro adsidue litigare sueverant, idque sibi duxerant honori. — De vsu et sensu forensi verbi κλητεύεσθαι v. Harpocr. h. v. ibique Valesium, Petit. Comment. ad leges Atticas, lib. IV. tit. 7. §. 11 sq. p. 447 sq. ed. Wesseling. Salmas. Obss. ad Ius Att. p. 859. 886. et Des. Herald. in Animaduersion. illis oppositis p. 484. atque Ducker ad nostrum locum.

ΠΑΣ. Τῶν δώδεκα μνῶν, ἃς ἔλαβες, ὠνούμενος
Τὸν ψαρὸν ἵππον. ΣΤΡ. Ἵππον; οὐκ ἀκούετε;
Οὐ πάντες ὑμεῖς ἴστε μισοῦνθ᾽ ἱππικήν;
ΠΑΣ. Καὶ νὴ Δί᾽ ἀποδώσειν γ᾽ ἐπώμνυς τοὺς θεοὺς
Τὸ χρέος. ΣΤΡ. Μὰ Δί᾽ οὐ γάρ πω τότ᾽ ἐξηπίστατο
Φειδιππίδης μοι τὸν ἀκατάβλητον λόγον.
ΠΑΣ. Νῦν δὲ διὰ τοῦτ᾽ ἔξαρνος εἶναι διανοεῖ;
ΣΤΡ. Τί γὰρ ἄλλ᾽ ἂν ἀπολαύσαιμι τοῦ μαθήματος;

ΠΑΣ.

PAS. Propter duodecim minas, quas accepisti, cum emeres
Equum illum varium. STR. Equumne? nonne auditis?
An non omnes vos scitis me odisse rem equestrem?
PAS. Quin etiam profecto per Deos iurabas te redditurum
Debitum. STR. Nondum enim certe tunc sciebat
Mihi Phidippides inuictum illum sermonem.
PAS. Nunc autem ob id inficias ire cogitas?
STR. Quem enim alium fructum caperem ex illa doctrina?

PAS.

1227. In edd. pr. post ἀκούετε non est signum interrogandi: et Küster demum post ἴστε, nulla auctoritate adlata, με inseruit. Hinc Brunck e tribus codd. quibus accedit regius in Suppl. edidit ἀκούετε, ὃν πάντες ὑμεῖς ἴστε μισ. ἱππικήν; *nonne audistis*, (scil. vt gloss. Br. supplet αὐτοῦ διαβάλλοντός με, eum me calumniantem) *quem vos omnes scitis odisse rem equestrem?*

1230. τὸ χρέος abest codd. Elbing. et Bauar. atque tamquam inutilem glossam deleuit Brunck auctoritate duorum codd. e quibus tamen, (quibus accedit Bau.) recepit Μὰ τὸν Δί᾽ οὐ etc. in cod. reg. in Suppl. μὰ Δί᾽, οὐ δῆτ᾽ οὐ γάρ πω τ. ἐξηπ. Verbum ἀποδώσειν tunc refertur ad δώδεκα μνῶν, ἃς ἔλαβες. Idem verbum ἀποδώσειν in cod. Elbing. repetitum est post μὰ Δί᾽, at punctis infernis notatum.

1233. ἀπολαύσαιμι (supple ἀγαθὸν ἐκ) τοῦ μαθημ. v. de hoc verbo Iensium et Hemsterh. ad Lucian. Timon. c. 2. p. 99 sqq. tom. I. Opp.

ΠΑΣ. Καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεοὺς,
Ἵν' ἂν κελεύσω 'γώ σε; ΣΤΡ. Τοὺς ποίους θεούς;
ΠΑΣ. Τὸν Δία, τὸν Ἑρμῆν, τὸν Ποσειδῶ. ΣΤΡ. Νὴ Δία,
Κἂν προσκαταθείην γ', ὥς τ' ὀμόσαι, τριώβολον.
ΠΑΣ. Ἀπόλοιο τοίνυν ἕνεκ' ἀναιδείας ἔτι.
ΣΤΡ. Ἁλσὶν διασμηχθεὶς ὄναιτ' ἂν ουτοσί.
ΠΑΣ. Οἴμ', ὡς καταγελᾷς. ΣΤΡ. Ἓξ χοᾶς χωρήσεται.

ΠΑΣ.

PAS. Etiamne haec voles per Deos abiurare [negare per Deos iuratus],
Vbi ego iussero? STR. Per quos Deos?
PAS. Per Iouem, per Mercurium, per Neptunum. STR. Ita profecto
Etiamsi insuper deponerem tres obolos, vt iurem.
PAS. Pereas itaque adhuc propter impudentiam.
STR. Sale si perfricetur, melius se habeat iste.
PAS. Vah! vt derides. STR. Sex congios capiet.

PAS.

v. 1234. ἐθέλεις — et, vt edd. Basil. ac Geneu. ἀπομόσαιμι, (ex ἀπολαύσαιμι in priori versu forsan ortum,) cod. Elbing.

1235. τοὺς ποίους θεούς;] Haec a Socrate didicerat, v. 246 vt iam Bergler monuit.

1236. Ἑρμῆ edd. pr. quae tamen v. 1280 Ἑρμῆν praebent. Per tres autem deos iurauit, secundum leges Solonis, vel iam Draconis. v. Spanh.

1237. Br. in notis vertit: *Immo tres obolos lubens perduim, vt mihi iuramentum deferas.* Locum nostrum affert Thom. Mag. p. 268. in voc. *εἰ.*

1239. 40. Strepsiades ridet et cauillatur Danistam tamquam hominem crassum et vinolentum. *Si sale perfricetur*, h. e. si corium ei detractum sale maceretur, vt solent coria, et praeparetur ad vsum vtris vinarii, *melius se habeat*, vsum praebeat maiorem; postquam Danista sentit dictum, pergit Strepsiades, vtrem vinarium sic praeparatum satis fore capacem, sex congios capturum. v. Bergler.

1240. χοᾶς a χοεὺς, cum Berglero

ΠΑΣ. Οὔ τοι, μὰ τὸν Δία τὸν μέγαν, καὶ τοὺς θεούς,
Ἐμοῦ καταπροίξει. ΣΤΡ. Θαυμασίως ἥσθην θεοῖς,
Καὶ Ζεὺς γελοῖος ὀμνύμενος τοῖς εἰδόσιν.
ΠΑΣ. Ἦ μὴν σὺ τούτων τῷ χρόνῳ δώσεις δίκην.
Ἀλλ' εἴτ' ἀποδώσεις μοι τὰ χρήματ', εἴτε μή,
Ἀπόπεμψον ἀποκρινάμενος. ΣΤΡ. Ἔχε νῦν ἥσυχος.
Ἐγὼ γὰρ αὐτίκ' ἀποκρινοῦμαί σοι σαφῶς.
ΠΑΣ. Τί σοι δοκεῖ δράσειν; ΜΑΡΤ. Ἀποδώσειν σοι δοκεῖ.

ΣΤΡ.

PAS. Ita me magnus amet Iupiter et Dii,
Vt tu iſtud haud impune dixeris. STR. Mirifice delector Diis tuis,
Et Iupiter iuratus ridiculus eſt illis, qui aliquid ſciunt.
PAS. Nae tu pro his dictis aliquando poenas dabis.
Sed redditurus ne ſis, an non, pecuniam,
Reſponde, et me dimitte. STR. Maneas nunc quietus,
Ego enim mox tibi reſpondebo clare.
PAS. Quid tibi videtur facturus? TEST. Redditurus tibi pecuniam (mihi) videtur.

STR.

Berglero et Brunckio edidi: vt iam Schol. ad hunc locum et ad Acharn. v. 960 monuit. Küſter et Spanhem. ad noſtrum locum atque Oudendorp. ad Thomam Mag. p. 917 vberius docuerunt et explanarunt. χοὰς enim a χοαὶ, a ſenſu noſtri loci alienum, indicaret *libationes* ſeu *inferias*, quae in mortuorum parentalibus fierent. adde Suidam in χοᾶ et χοάς, tom. III. p. 675 ſq.

1241. καὶ τοὺς θεοὺς] h. e. *et reliqui dii.* Nam verba formarum ſaepe coniungi per copulam καὶ cum verbis generum, ita vt intelligatur ὁ ἄλλος etc. bene monuit illuſtrauitque cl. Fiſcher ad Aeſchinis dialog. I. ſect. 7. p. 34. ed. III. — οὔ τε cod. Elbing.

1245. Brunck e tribus codd. exſcribi fecit: ἀλλ' εἴτε γ' ἀποδώσεις τὰ χρήματ', εἴτε μή. cod. Elb. χρήματα εἴτε καὶ μή.

ΣΤΡ. Ποῦ 'σθ' οὗτος, ὢπαιτῶν με τ' ἀργύριον; λέγε,
Τουτὶ τί ἐστι; ΠΑΣ. Τοῦθ' ὅ, τ' ἐστί; κάρδοπος.
ΣΤΡ. Ἔπειτ' ἀπαιτεῖς τἀργύριον τοιοῦτος ὤν;
Οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ὀβολὸν ἂν οὐδενὶ,
Ὅς τις καλέσειε κάρδοπον τὴν καρδόπην.
ΠΑΣ. Οὐκ ἄρ' ἀποδώσεις; ΣΤΡ. Οὐχ, ὅσον γέ μ' εἰδέναι.
Οὔκουν ἀνύσας τι θᾶττον ἀπολιταργιεῖς
Ἀπὸ τῆς θύρας; ΠΑΣ. Ἄπειμι. καίτοι γ' ἴσθ', ὅτι
Θήσω πρυτανεῖ', ἢ μηκέτι ζώην ἐγώ.
ΣΤΡ. Προσαποβαλεῖς ἄρ' αὐτὰ πρὸς ταῖς δώδεκα·

Καίτοι

STR. Vbi iſte eſt, qui a me repetit argentum? dic,
Hoc quid eſt? PAS. Hoc quid ſit? *κάρδοπος*.
STR. Ergone repetis a me argentum qui talis es, et tam rudis?
Non redderem vel obolum cuiquam,
Qui *κάρδοπον* vocauerit eam, quae eſt *καρδόπη*.
PAS. Non itaque reddes? STR. Non, quod ego quidem ſciam:
Nonne properabis ocyus hinc diſcedere
Ab ianua? PAS. Abibo. ſcias tamen,
Me depoſiturum prytanea, aut ne viuam amplius.
STR. Perdes itaque et illa vna cum duodecim minis.

Quan-

1249. *ὢ παιτῶν*] Sic edd. pr. et Br. atque cod. reg. in Suppl. et C. *ὁ ἀπαιτῶν* edd. recent. *τὸ ἀργύριον* et verſu 1251 *ἀργύριον* cod. Elbing. — de lepida controuerſia, num *κάρδοπος*, an *καρδόπη* dici debeat, vide v. 670.

1252. *οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενὶ* cod. Elbing. et e tribus codd. edidit Br. *ὄβολον οὐδενὶ* ſine *ἂν* cod. Bauar.

1254. *ὅσον γ' ἐμ' εἰδέναι* Brunck e ſuo cod.

1256. Melius Brunck e tribus codd. edidit, *καὶ τοῦτ' ἴσθ' ὅτι.* at hanc lectionem iam antea Küſter. inuenerat in cod. Vatic. V. et probarat. Exſtat quoque illa in cod. Bauar.

Καίτοι σε τοῦτό γ' οὐχὶ βούλομαι παθεῖν,
Ὁτιὴ 'κάλεσας εὐηθικῶς τὸν κάρδοπον.

ACTVS QVARTI
SCENA QVINTA.
ΙΑΜΒΙΚΟΙ ΤΡΙΜΕΤΡΟΙ.

ΑΜΥΝΙΑΣ Ο ΔΑΝΕΙΣΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΜΑΡΤΥΡ.

Ἰώ μοί μοι.
ΣΤΡ. Ἔα,
Τίς οὑτοσί ποτ' ἔσθ' ὁ θρηνῶν; ἦ τί που
Τῶν Καρκίνου τις δαιμόνων ἐφθέγξατο;

ΑΜ.

Quanquam ego nolim hoc tibi euenire,
Quia καρδόπην ſtulte vocaſti κάρδοπον.

IAMBICI SENARII.

AMYNIAS DANISTA, STREPSIADES, TESTIS.

AM. Io! hei mihi!
STR. Eia!
Quisnam iſte eſt eiulatus? Numquid
Aliquis Carcini Deorum vocem edidit?

AM.

Act. IV. Sc. V.

1262. ἔα ter ſcriptum eſt in cod. Bau. nec non Brunckii, cui id placet. Sic quoque in cod. Elbing. in quo tamen illa non proferuntur a Strepſiade, cuius perſona ſequenti verſui eſt praepoſita. In cod. Bau. verſui antecedenti adſcriptum, at rubro notatum eſt: ἔρχεται ἕτερος δανειστὴς ἀμυνίας. Poſt tamen Amynias non nominatur, ſed oratio eius tribuitur Daniſtae.

1263. θρηνῶν; οὔ τί που Br. e duobus codd.

ΑΜ. Τί δ'; ὅς τις εἰμὶ, τοῦτο βούλεσθ' εἰδέναι;
Ἀνὴρ κακοδαίμων. ΣΤΡ. Κατὰ σεαυτὸν νῦν τρέπου.
ΑΜ. Ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ τύχαι θραυσάντυγες
Ἵππων ἐμῶν· ὦ Παλλὰς, ὥς μ' ἀπώλεσας.
ΣΤΡ. Τί δαί σε Τληπόλεμός ποτ' εἴργασται κακόν;
ΑΜ. Μὴ σκῶπτέ μ', ὦ τᾶν, ἀλλά μοι τὰ χρήματα
Τὸν υἱὸν ἀποδοῦναι κέλευσον, ἃ 'λαβεν,
Ἄλλως τε μέντοι καὶ κακῶς πεπραγότι.

AM. Quid? hoc ſcire vultis, quis ego ſim?
Sum homo miſer. STR. Ad teipſum redi, *te conuerte.*
AM. O genium iratum meum! o fortunam quae rotas mihi perdit,
Et equos! o Pallas, vt me perdidiſti!
STR. Quid autem mali tibi fecit Tlepolemus?
AM. Ne me irrideas, o bone, ſed mihi pecuniam
Iube vt reddat Filius, quam accepit,
Praeſertim cum malum aliquod ſim paſſus.

1265. ἰδέναι cod. Elbing.

1266. σεαυτόν νυν Brunck. et cod. Elbing. In Acharnenſ. v. 1018 rurſus legitur idem verſus.

1267. Argumentum tragoediae fuerit Tlepolemus, Herculis e captiua muliere filius, de quo Homerus in Catalogo cecinit: id argumentum tractauerit ſ. Carcinus ſ. eius filius Xenocles, et Comicus adludit ad illam, ex eaque per parodiam et ioci cauſſa particulas illas *ἰώ μοί μοι, ἀνὴρ κακοδαίμων* et *ὦ σκληρὲ δαίμων* excerptas reddidit. Poſtrema verba deſumta ſunt ex iis, quae Alcmena dicebat, audita fratris ſui, Licymnii, nece. Quapropter Strepſiades iisdem verbis vſus Amyniam ſuas vices conquerentem percontatur, *quid tandem male tibi fecit Tlepolemus.* v. Berglerum, praecipue de diſcrimine voc. δαίμων et τύχη diſſerentem, et Brunck.

v. 1269. ἤργασται c. Bau.

1270. ὦ 'τὰν Ald. Brunck. ὦ 'τᾶν Iunt. ὦ τᾶν reliquae edd.

ΣΤΡ. Τὰ ποῖα ταῦτα χρήμαθ'. ΑΜ. Ἃ 'δανείσατο.
ΣΤΡ. Κακῶς ἄρ' ὄντως εἶχες, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖς.
ΑΜ. Ἵππους γ' ἐλαύνων ἐξέπεσον, νὴ τοὺς θεούς.
ΣΤΡ. Τί δῆτα ληρεῖς, ὥσπερ 'απ' ὄνου καταπεσών;
ΑΜ. Ληρῶ, τὰ χρήματ' ἀπολαβεῖν εἰ βούλομαι;
ΣΤΡ. Οὐκ ἔσθ' ὅπως σύ γ' αὐτὸς ὑγιαίνεις. ΑΜ. Τί δαί;
ΣΤΡ. Τὸν ἐγκέφαλον ὥσπερ σεσεῖσθαί μοι δοκεῖς.
ΑΜ. Σὺ δὲ, νὴ τὸν Ἑρμῆν, προσκεκλήσεσθαί γέ μοι,
Εἰ μὴ ἀποδώσεις τἀργύριον. ΣΤΡ. Κάτειπέ νυν,
Πότερα νομίζεις καινὸν αἰεὶ τὸν Δία
Ὕειν ὕδωρ ἑκάστοτ', ἢ τὸν Ἥλιον

Ἕλκειν

STR. Quamnam pecuniam? AM. Quam ille foenore sumserat.
STR. Itaque reuera male tibi fuit, vt videtur.
AM. Sane equos agitans lapsus sum.
STR. Quid itaque deliras tanquam ab asino delapsus?
AM. Deliro ego, si pecuniam recipere cupio?
STR. Non potest fieri vt tu sis sanus. AM. Qui ita?
STR. Nam cerebro quasi emoto esse mihi videris.
AM. At tu, ita me Mercurius amet, videris in ius rapiendus,
Nisi reddis argentum. STR. Dic mihi nunc,
Vtrum putas Iouem identidem recentem
Aquam pluere, aut Solem

Trahere

1274. Sensus versus est, *pessime agitur*. v. ad v. 879. vers. 1275. *ἵππους* verte *currum*. v. Ruhnken ad Callim. H. in Cerer. vers. 87.

1276. Iocus est in ambiguitate, vtrum scribas aut pronunties *ἀπ' ὄνου*, an *ἀπὸ νοῦ*. v. Schol. Suidam in Ἀπ' ὄνου et in Ληρεῖς. Similia ambiguitatis exempla adtulerunt Bergler ac Brunck.

1280. *γ' ἐμοὶ εἰ μὴ 'ποδώσεις* Brunck. Ἑρμῆ et *γ' ἐμοὶ* codd. Elbing. et Bau.

Ἕλκειν κάτωθεν ταυτὸ τοὔθ' ὕδωρ πάλιν;
AM. Οὐκ οἶδ' ἔγωγ' ὁπότερον, οὐδέ μοι μέλει.
ΣΤΡ. Πῶς οὖν ἀπολαβεῖν τἀργύριον δίκαιος εἶ,
Εἰ μηδὲν οἶσθα τῶν μετεώρων πραγμάτων;
AM. Ἀλλ' εἰ σπανίζεις τἀργυρίου, μοὶ τὸν τόκον
Ἀπόδος γε. ΣΤΡ. Τοῦτο δ' ἔσθ' ὁ τόκος τί θηρίον;
AM. Τί δ' ἄλλο γ', ἢ κατὰ μῆνα, καὶ καθ' ἡμέραν,
Πλέον πλέον τἀργύριον αἰεὶ γίγνεται,
Ὑποῤῥέοντος τοῦ χρόνου; ΣΤΡ. Καλῶς λέγεις.
Τί δῆτα; τὴν θάλατταν ἔσθ' ὅτι πλείονα

Trahere ab imo ſurſum eandem iſtam aquam?
Am. Neſcio ego vtrum *fiat*, neque mihi curae eſt.
Str. Quomodo ergo recipere argentum te aequum eſt,
Si nihil noſti de meteoris? *de rebus coeleſtibus*.
Am. Sed ſi eges aeris, vſuram
Saltem mihi da. Str. Vſura vero quidnam animalis?
Am. Quid aliud, niſi quod menſe et die quolibet
Magis magisque augetur argentum,
Senſim labente tempore. Str. Recte dicis.
Quid itaque? poteſt ne fieri vt mare plenius (*auctius*)
eſſe

1285. οὐδ' ἐμοὶ Brunck. — ὁππότερον cod. Elbing.

1288. Melius diſtinguendum eſt cum Brunckio e cod. reg. in Suppl. et e membranis. ἀλλ' εἰ σπανίζεις, τἀργυρίου μοι τὸν τόκον etc. *ſi penuria obſtat*, (quin ſortem reddas,) *ſortis* vel *debiti da mihi vſuram*. De ſordido vſurarum etiam *diurnarum* genere v. Spanhem.

1291. πλέον, πλέον, i. e. πλέον καὶ πλέον. v. Doruill. ad Charit. pag. 200 ſq. hinc πλέον interdum pro *vſura* ſumitur. v. Spanhem. — γίγνεται e duob. codd. Br. pro vulgato γίνεται. ſic quoque v. 1296. conf. de illa ſcriptura cl. Fiſcher ad Aeſchin. dial. I. ſect. 10. p. 37.

1292. ὑποῤῥέοντος] Sic quoque IV codd. apud Br. at Daweſ. Miſc. crit. p. 160 maluit ἐπιῤῥέοντος.

Νυνὶ νομίζεις, ἢ πρὸ τοῦ; ΑΜ. Μὰ Δί' ἀλλ' ἴσην.
Οὐ γὰρ δίκαιον πλεῖον εἶναι. ΣΤΡ. Κᾆτα πῶς
Αὕτη μὲν, ὦ κακόδαιμον, οὐδὲν γίγνεται,
Ἐπιῤῥεόντων τῶν ποταμῶν, πλείων; σὺ δὲ
Ζητεῖς ποιῆσαι τἀργύριον πλεῖον τὸ σόν;
Οὐκ ἀποδιώξεις σαυτὸν ἐκ τῆς οἰκίας;
Φέρε μοι τὸ κέντρον. ΑΜ. Ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.
ΣΤΡ. Ὕπαγε, τί μέλλεις; οὐκ ἐλᾷς, ὦ Σαμφόρα;

ΑΜ.

Nunc putes, quam antehac? Am. Non profecto, sed aequale:
Nec enim aequum est vt plenius fiat. Str. Quomodo ergo,
Homo perdite, cum mare nihilo fiat
Auctius fluentibus in id fluuiis, tu
Studes argentum tuum multiplicare?
Nonne te hinc auferes ex aedibus?
Affer mihi stimulum. Am. Huius facti ego testes adpello.
Str. Perge, quid cessas? nonne te mouebis tu Samphora?

Am.

1295. πλείον' εἶναι Br. 1296. κακοδαίμων c. Elb. 1298. ἀργύριον πλεῖον] n. *pecuniam, foenori datam,* quaeris *amplius* reddere. v. Spanhem.

1299. ἀπὸ loco ἐκ cod. Elbing.

1300. ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρ.] Haec verba vulgo tribuuntur *Testi*, et vertit Bergler. *huius rei ego testis ero.* Ego vero e tribus codd. apud Brunck. cum hoc viro acutissimo reddidi et adscripsi Amyniae.

1301. ἐλᾷν Atticis olim dictum fuisse pro ἐλαύνειν iam monuit Spanh. — Vt hic Strepsiades Amyniam vocat σαμφόραν, sic quoque contumeliae caussa Praxinoe apud Theocrit. XV. 8 (vbi vide, quae notaui) maritum πάραρον vocat. — μέλεις — Σαπφόρα Elbing.

ΑΜ. Ταῦτ' οὐχ ὕβρις δῆτ' ἐστίν; ΣΤΡ. Ἄξεις; ἐπιαλῶ
Κεντῶν ὑπὸ τὸν πρωκτόν σε τὸν σειραφόρον.
Φεύγεις; ἔμελλον ἄρα κινήσειν σ' ἐγώ,
Αὐτοῖς τροχοῖς τοῖς σοῖσι καὶ ξυνωρίσιν.

N 4

ΣΤΡΟΦΗ,

Am. Annon haec contumelia est? Str. Ibis? nam agitabo
Te funalem etiam pungens sub culum.
Fugisne? eram ergo te moturus loco
Vna cum ipsis rotis tuis et bigis.

STROPHE,

1302. *ταῦτα.οὐχ ὕβρις;*] Terent. Andr. I. sc. 5. 2. *Quid est, si hoc non contumelia 'st?* Plura exempla atticae illius loquendi formulae, grauem indignationem continentis, suppeditabit Hemsterh. ad Lucian. dial. mort. II. 2. tom. I. p. 337. — mox *ἐπεὶ ἀλῶ* cod. Elbing. et reg. in Supplem. Brunck. Vltima tamen versus verba Br. egregie emendauit explicuitque. primum scribi fecit *ᾄξεις*, ab *ᾄττω* Attico, pro *ἀΐσσω*. tum, quod in cod. C. scriptum reperit *ἐπί σ' ἀλῶ*, cum glossa *συντρίψω*, verbum cum spiritu leni notatum restituit *ἐπί σ' ἀλῶ*, ab *ἀλέω*, fut. *ἀλέσω*, attice *ἀλῶ*. atque *ἀλεῖν* est verbum nequam et significat *molere*, *subagitare*. (v. Thom. Mag. in *ἀλεῖν* et *ἀλεῖς*, ibique interpr. Moerin p. 17. ibique Pierson.) Vertit igitur: *Non erumpes? contundam te.* Küster iam maluit, probante Berglero, *ἐπεὶ ἐλῶ*, *nam agam*, vel *impellam te*, equum funalem, stimulo podicem fodicans.

1304. *ἔμελλόν σ' ἄρα κινήσειν ἐγώ*, Br. e III. codd. idem *αὐτοῖσι* versu sq. Post *ἐγὼ* in margine cod. Bauar. ab alia manu additus est versiculus: *ἐπιβαλὼν σοι τὴν μάστιγα καὶ δέρων τὸν πρωκτόν.* In cod. reg. in Suppl. Br. *ἔμελλον ἄρα σε κινήσειν ἐγὼ*, et concinnam vocum dispositionem esse iudicat Brunck.

ΣΤΡΟΦΗ, ΚΩΛΩΝ ιή.

ΧΟΡΟΣ.

Οἷον τὸ πραγμάτων ἐρᾷν φλαύρων.
Ὁ γὰρ γέρων ὅδ' ἐρασθὴς
Ἀποστερῆσαι βούλεται
Τὰ χρήμαθ', ἃ 'δανείσατο·
Κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήμερόν τι λήψεται
Πρᾶγμ', ὃ τοῦτον ποιήσει
Τὸν σοφιστὴν, ὧν πανουργεῖν
Ἤρξατ', ἐξαίφνης τι κακὸν λαβεῖν.
Οἶμαι γὰρ αὐτὸν αὐτίχ' εὑρήσειν, ὅπερ

Πάλαι

STROPHA, VERSVVM XVIII.

CHORVS.

Hem quale eſt adamare res prauas!
Nam hic ſenex qui eiusmodi res adamauit,
Fraudare *hos* vult
Pecunia, quam foenore acceperat:
Nec fieri poterit, quin hodie eueniat ei
Aliquid, quod faciet, vt iſte
Argutator, ob ea quae patrare
Coepit, mox aliquod malum accipiat.
Nam puto mox eum inuenturum, quod

Dudum

1307. ἐρασθεὶς codd. quatuor Br. et Bauar. edd. Ald. Florent. Brubach. Baſil. atque Brunck. ἐραστὴς Farr. Cratand. Friſchlin. Port. et recentiores. Ad praecedentem verſum Br. ὁ γὰρ adhuc retulit.

1308. ἀποστερρῆσαι cod. Elbing.

1310. τήμερόν τι λήψεται Brunck e duobus codd. et ſic iam Küſter e cod. Vatic. V. in notis correxerat. Vulgo τι omittitur.

1314. αὐτὸν ſola ed. Aldina

Πάλαι πότ᾽ ἐζήτει,
Εἶναι τὸν υἱὸν δεινόν οἱ,
Γνώμας ἐναντίας λέγειν
Τοῖσιν δικαίοις,
Ὥστε νικᾶν ἅπαντας,
Οἷσπερ ἂν ξυγγένηται,
Κἂν λέγῃ παμπόνηρα.
Ἴσως ἴσως βουλήσεται
Κἄφωνον αὐτὸν εἶναι.

Dudum quaerebat, nimirum
Vt filius ei possit docte
Contrariis sententiis oppugnare
Iura,
Adeo vt omnes vincat,
Cum quibus congressus fuerit,
Quamlibet praua dicat.
Forte forte optabit
Vel mutum ipsum esse.

dina habuit: reliquae omnes id voc. omiserunt. Brunck vero, quoniam versus est senarius, e tribus codd. reuocauit.

1315. γνώμας ἐναντίας e II. codd. edidit Brunck. at vulgo particula τ᾽ otiosa post γνώμας inseritur: quam tamen Bergler et in notis et in versione omisit. Versu sq. τοῖσιν, quia versus est iambicus, pro vulgato τοῖσι Brunck e II. codd. restituit.

1322. ἴσως δ᾽, ἴσως Br. e tribus codd. In MS. C. voc. βουλήσεται superscripta est glossa: ἐπὶ (leg. ἐπεὶ) μείζω κακὰ πείσεται, ἢ φέρειν οἷός τε εἶναι. quam glossam librarius cod. B. in textum post ξυγγένηται, (quod minus attice συγγεν. scriptum est in cod. Elbing.) perperam intulit versusque aliter distinxit: de qua interpolandi deprauandique ratione scite disserit Brunck.

ACTVS QVINTI
SCENA PRIMA.
ΤΡΙΜΕΤΡΟΙ ΙΑΜΒΙΚΟΙ.
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

Ἰοὺ, ἰού.
Ὦ γείτονες, καὶ ξυγγενεῖς, καὶ δημόται,

Ἀμύνα-

SENARII IAMBICI.
STREPSIADES, PHIDIPPIDES.

STR. Io! Io!
O vicini et cognati et populares,

Ferte

Act. V. Sc. I.

1324: Valde lepida est fabulae conuersio. Inter ea, vbi chorus in scena de iniustitia senis, creditores elusuri, et de iis, quae probabiliter consequutura sint, paucis disserit, post scenam pater et filius inter se litigant, et a verbis ad verbera venit filius. Atque poeta bene prudenterque non coram spectatoribus, sed post scenam filium inducit verberantem patrem, ne atrocitate filii atque impietate leges publicae, decorum et reuerentia, quam filii debent parentibus, nimis violarentur, animique spectatorum ad misericordiam pariter atque iram vehementius commouerentur. Quod igitur pater versu 1379 paucis narrauit, quam male tractatus sit a filio, id minus valuit ad animos exacerbandos. Pater male tractatus exit in scenam de iniuria flebiliter conquerens. Filius sequitur et illudere pergit patrem iis artibus, quas auctore patre a Socrate didicisset. Pater adeo stolidus est, vt a filio non excusationem, sed rationes, quibus ille motus recte se fecisse putat, accipere sustineat. (— v. 1347). Pater enarrat occasionem rixarum, filius quaedam regerit. Per vtrumque vero Comicus de Simonide, Aeschylo et Euripide

Ἀμύνατέ γε μοι τυπτομένῳ πάσῃ τέχνῃ.
Οἴμοι κακοδαίμων τῆς κεφαλῆς, καὶ τῆς γνάθου.
Ὦ μιαρὲ, τύπτεις τὸν πατέρα; ΦΕΙΔ. Φήμ᾽, ὦ πάτερ,

ΣΤΡ.

Ferte opem quouis pacto vapulanti.
Hei mihi misero! o caput meum, o maxilla! (bucca),
Sceleste! patrem verberas? Ph. Aio pater.

Str.

ripide seuerum fert iudicium. (— vers. 1392.) Per chorum connectitur oratio et Strepsiades iubetur suas adferre rationes. Hic laetus fretusque scientia sua artibusque e schola Socratica haustis, rationibus puerilibus ineptisque, cur haud iniustum sit patrem laedere, et professione, se ope τοῦ λόγου ἥττωνος esse demonstraturum, matrem quoque oportere verberari, parentem et ad agnitionem erroris non minus quam falsorum numinum ducit, et ad iram contra Socratem, a quo deceptus sit, adeo incitat, vt hic interitum philosophi minetur filiumque facinoris socium adiungere sibi conetur: is vero aduersus magistros ingratus esse non vult. Multum coloris infirmitas et stupor senis accipiunt inde, quod iniuria matri, (quae tamen reuera perdidit filium eoque rem familiarem,) a filio inferenda, magis accenditur ad iram, quam sua ipsius, et duris, quas acceperat, plagis. Sapiens quoque Chori sententia, (vers. 1460 seq.) cui dii mala interdum permittant.

1324. Ἰοὺ quater scriptum est in cod. Elbing.

1326. ἀμυνάθε τε idem. τε μοι, etiam edd. vett. γ' ἐμοί, Brunck. qui tamen in Suppl. ἀμυνάθετέ (coniunctim, vt est in illius membr. et ed. minore Batauaa. 1624) μοι scribendum censet, et lectionem ἀμύνατέ γ' ἐμοὶ plane damnat.

1328. Lege κακώσεως tenebantur, aut manus praedicebantur, aut ἄτιμοι *ignominiosi* fiebant, aut indemnati poterant a parentibus occidi filii, qui parentes verberibus vel conuitiis adfecissent, aut iis alimenta vel sepulturam negassent, vel laborantibus opem non tulissent. v. Meursium in Themide Attica cap. II. et Spanh. ad nostrum locum.

ΣΤΡ. Ὁρᾶθ᾽ ὁμολογοῦνθ᾽, ὅτι με τύπτει; ΦΕΙΔ. Καὶ μάλα.
ΣΤΡ. Ὦ μιαρὲ, καὶ πατραλοία, καὶ τοιχωρύχε.
ΦΕΙΔ. Αὖθίς με ταυτὰ ταῦτα, καὶ πλείω λέγε.
Ἆρ᾽ ἴσθ᾽ ὅτι χαίρω πόλλ᾽ ἀκούων δὴ κακά.
ΣΤΡ. Ὦ λακκόπρωκτε. ΦΕΙΔ. Πάττε πολλοῖς τοῖς ῥόδοις.
ΣΤΡ. Τὸν πατέρα τύπτεις; ΦΕΙΔ. Κἀποφανῶ γε, νὴ Δία,
Ὡς ἐν δίκῃ σ᾽ ἔτυπτον. ΣΤΡ. Ὦ μιαρώτατε,
Καὶ πῶς γένοιτ᾽ ἂν πατέρα τύπτειν ἐν δίκῃ;
ΦΕΙΔ. Ἔγωγ᾽ ἀποδείξω, καί σε νικήσω λέγων.
ΣΤΡ. Τουτὶ σὺ νικήσεις; ΦΕΙΔ. Πολύ γε καὶ ῥᾳδίως.

Ἑλοῦ

STR. Videte confitentem, quod me verberet. PH. Vtique.
STR. O ſcelerate, et parricida, et parietum perfoſſor.
PH. Repete eadem haec et plura mala ingere.
Num tu etiam ſcis me libenter male audire (multa maledicta)?
STR. Cinaede. PH. Conſperge me *vt coepiſti* multis roſis.
STR. Patremne verberas? PH. Imo etiam oſtendam,
Iure te a me verberari. STR. O impuriſſime,
Quomodo hoc iure fieri poteſt, vt quis patrem verberet?
PH. Equidem demonſtrabo et te vincam dicendo.
STR. In iſta re tu vinces? PH. Multis paſſibus et facili negotio.

Elige

1330. πατραλ.] ab ἀλοιᾶν, i. e. τύπτειν, conf. Thom. Mag. h. v. ibique interpretes, qui iam laudarunt Alberti Obſeruatt. philolog. in ſacros N. F. libros ad I. Ep. ad Timoth. I. 9. p. 393 ſq.

1332. ἀκούων καὶ κακὰ Brunck e membranis, ſuoque codice. Conſpirat cod. Bauar. verſu ſq. λακόπρωκτε cod. Elbing. Gloſſa apud Br. εὐρύπρωκτε explicat. — ῥόδοις, conf. ſupra v. 910.

Ἕλου δ' ὁπότερον τοῖν λόγοιν βούλει λέγειν.
ΣΤΡ. Ποίοιν λόγοιν; ΦΕΙΔ. Τὸν κρείττον', ἢ τὸν ἥττονα;
ΣΤΡ. Ἐδιδαξάμην μέν τοι σε, νὴ Δί', ὦ μέλε,
Τοῖσιν δικαίοις ἀντιλέγειν, εἰ ταῦτά γε
Μέλλεις ἀναπείσειν, ὡς δίκαιον καὶ καλὸν
Τὸν πατέρα τύπτεσθ' ἐστὶν ὑπὸ τῶν υἱέων;
ΦΕΙΔ. Ἀλλ' οἴομαι μέν τοι σ' ἀναπείσειν, ὥστε γε
Οὐδ' αὐτὸς ἀκροασάμενος οὐδὲν ἀντερεῖς.
ΣΤΡ. Καὶ μὴν, ὅ, τι καὶ λέξεις ἀκοῦσαι βούλομαι.

ACTVS

Elige vtrum ex duobus sermonibus me velis perorare.
STR. Quibus sermonibus? PH. Vtrum *velis* potiorem an inferiorem?
STR. Equidem profecto curaui te doceri, o perdite,
Iuri contradicere, num hoc
Es persuasurus, vt iustum et honestum
Sit patrem verberari a filiis?
PH. Imo arbitror me tibi ita persuasurum, vt,
Vbi audiueris, nec ipse sis mihi contradicturus.
STR. Atqui audire volo quid dicas.

CHORVS,

1341. ἐδιδαξάμην] *te docendum curaui*, vel *te docendum alteri commisi* scil. ὀρθῶς, καλῶς. Bene Glossa Br. ἤγουν εἰς διδάσκαλον ἔπεμψα. Ἔστι δὲ κατ' εἰρωνείαν. De vsu vero et potestate generis medii v. schol. ad vers. 127. Küster ad nostrum locum, Valcken. ad Ammonii textum p. 46. et ad Xenophontis M. S. p. 250 ed. Ernesti, Ruhnken ad Timaeum p. 61. Th. Mag. pag. 225, et p. 265 ibique interpr.

1343. μέλλεις μ' ἀναπείθειν Brunck e membr. edidit et vertit: *Istuc mehercle ex sententia pulcre mihi euenit, quod te doceri curaui, o perdite! iuri contradicere, si mihi persuasurus es* etc.

1344. τύπτεσθαι 'στὶν Brunck ex praecepto forsan Dawesii Misc. crit. p. 266, poetis atticis non licuisse vllam diphthongum elidere: quod vero p. 471 nec Tyrwhitto nec Burgess vbique sectandum videtur. v. ad v. 1183. Vers. sq. γ' ἀναπ. et v. 1347 ὅ, τι λέξεις c. Elb.

ACTVS QVINTI
SCENA SECVNDA.

ΧΟΡΟΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

Σὸν ἔργον, ὦ πρεσβῦτα, φροντίζειν, ὅπῃ
Τὸν ἄνδρα κρατήσεις·
Ὡς οὗτος, εἰ μή τῳ πέποιθεν, οὐκ ἂν ἦν
Οὕτως ἀκόλαστος.
Ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ θρασύνεται· δῆλόν γε τὸ
Λῆμ' ἐστὶ τἀνθρώπου.
Ἀλλ' ἐξ ὅτου τὸ πρῶτον ἤρξαθ' ἡ μάχη γενέσθαι,
Ἤδη

CHORVS, STREPSIADES, PHIDIPPIDES.

CHOR. Tuum est, o senex, prouidere quo pacto
Virum hunc vincas;
Nam iste si non fiduciam haberet in aliqua re, non esset
Tam proteruus.
Sed est aliquid quod eum audacem facit: palam est sane
Hominis animus audax.
Sed ex qua re primum coeperit haec pugna,
Oportet

Act. V. Sc. II.

1350. Vulgatum πέποιθεν, quod rationem temporis negligeret, correxit Dawes. Misc. crit. p. 230 πεποίθειν h.e. ἐπεποίθειν terminatione attica tertiae personae, et Brunck reposuit, laudauitque glossam ἐθάῤῥει, quae referatur ad πεποίθειν, quum πέποιθεν sit θαῤῥεῖ. conf. Pierson ad Moerin. v. Ἤδει qui Dawesii emendationem iam probarat, et Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 50. — μήπω cod. Elbing. sed praestat μή τῳ i. e. τινι.

v. 1352. δῆλον τὸ Bauar.

1353. Versus hic vt respondeat suo pari in Antistrophe ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθους, Bentlei rescribit λῆμ' ἐστι τὸ τ' ἀνδρός. at Br. ad v. 1336 (al. 1338) pronuntiat, Bentlei. versiculum integrum mutilo exaequasse et corrupisse.

Ἤδη λέγειν χρὴ πρὸς χορόν· πάντως δὲ τοῦτο δράσεις.
ΣΤΡ. Καὶ μὴν ὅθεν γε τοπρῶτον ἠρξάμεσθα λοιδορεῖσθαι,
Ἐγὼ φράσω. ἐπειδὴ γὰρ εἱστιώμεθ᾽, ὥσπερ ἴστε,
Πρῶτον μὲν αὐτὸν τὴν λύραν λαβόντ᾽ ἐγὼ 'κέλευσα
Ἄισαι Σιμωνίδου μέλος, τὸν κριὸν ὡς ἐπέχθη.
Ὁ δ᾽ εὐθὺς ὡς ἀρχαῖον εἶν᾽ ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν,
Ἄιδειν τε πίνονθ᾽ ὡσπερεὶ κάχρυς γυναῖκ᾽ ἀλοῦσαν.

ΦΕΙΔ.

Oportet dicere Choro: et hoc tibi omnino erit agendum.
STR. Equidem vnde primum coeperimus conuitiari inter nos,
Ego dicam. Cum enim iam conuiuaremur, vt ſcitis,
Primo ipſum iuſſi lyram capere et
Canere carmen quoddam Simonidis, de ariete quomodo ſit detonſus.
Ille vero ſtatim dicebat, obſoletum eſſe, citharam pulſare
Inter bibendum, et canere velut mulierem hordea molentem.

PH.

1356. ὅθεν γε πρῶτον c. Elbing. et e duobus codd. reſcripſit Brunck, exterminato articulo, qui hic inutilis eſſet et ex verſu 1354 repetitus. ὅθεν πρῶτον membr.

1357. φράσω γ' ἐπεὶ cod. Elbing. φράσω 'πειδὴ Ald. Iunt. et reliquae vett. quod probat Brunck in Supplem.

1359. ἐπέχθη] alii codd. habent ἐπάχθη, alii ἐπλέχθη. cod. Bauar. ἐπαίχθη. Secundum ſcholiaſten ad Veſpas verſ. 1217. antiquus mos erat, conuiuas canere per ſucceſſionem ab illo, qui primus cecinerat, ſi pauſam canendi feciſſet: etenim qui principio caneret, laurum aut myrtum tenens manu, canebat Simonidis aut Steſichori (etiam Alcmanis et quorumdam aliorum, vide Athenaeum lib. XIV. pag. 638.) carmina, quoad vellet: poſtea, cui volebat, illi tradebat, non vt ordo poſcebat, et, qui accepiſſet, recitabat deinceps. adde Spanhem.

1360. εἶναι 'φασκε Brunck. vide ad v. 1344. — εὐθέως, pro εὐθὺς ὡς cod. Elbing. et Bauar.

1361. κάγχρυς cod. Elb. et

ΦΕΙΔ. Οὐ γὰρ τότ' εὐθὺς χρῆν σέ γ' ἄρα τύπτεσθαι καὶ πατεῖσθαι,
Ἄιδειν κελεύονθ' ὡσπερεὶ τέττιγας ἑστιῶντα;
ΣΤΡ. Τοιαῦτα μέντοι καὶ τότ' ἔλεγεν ἔνδον, οἷά περ νῦν,
Καὶ τὸν Σιμωνίδην ἔφασκ' εἶναι κακὸν ποιητήν.
Κἀγὼ μόλις μὲν, ἀλλ' ὅμως ἠνεσχόμην τοπρῶτον.
Ἔπειτα δ' ἐκέλευσ' αὐτὸν, ἀλλὰ μυῤῥίνην λαβόντα,
Τῶν

PH. Annon vero tunc ſtatim oportuit verberari te et conculcari,
Cantare iubentem non ſecus ac ſi cicadas conuiuio acciperes.
STR. Talia et intus tunc dicebat, qualia nunc,
Et Simonidem dicebat eſſe malum poëtam.
Et ego vix quidem, ſed tamen continebam me primo,
Deinde iuſſi ipſum, ſed accepta myrto,
Ex

et quatuor Br. codd. nec non codd. Th. Magiſtri in ἀλεῖν, vbi noſter locus adducitur. v. ibi interpr. pag. 31. Sic quoque edidit Brunck, „qui, Gloſſa, ait, πεφριγμένας κριθάς. Mulieres, in piſtrino molentes, cantu laborem fallebant, erantque iis peculiares quaedam cantilenae, ἐπιμύλιοι ᾠδαὶ dictae. Harum exemplum e Plutarcho enotat Caſaubonus ad Athenaeum XIV. 3. Ἄλει, μύλα, ἄλει· καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ, μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων.“ Laudat verſum Suidas in κάχρυς τὰς κριθάς.

1362. χρῆν σ' ἄρα τύπτεσθαί τε καὶ πατεῖσθαι Br. e II. codd. ad metri normam. Bentlei correxit: — χρῆν σε τύπτεσθαί τε καὶ πατεῖσθαι. — In cod. Elbing. deſunt σε et καὶ πατεῖσθαι.

1363. Quoniam nempe canere, non, bibere eſt cicadarum: in conuiuio autem iſte bibendum potius eſſe opinatur, quam canendum. Citat hunc locum Suidas in ᾄδειν κελεύοντα, vbi Portus legendum et diſtinguendum putat locum, ſuffragante Küſtero,

Ἄδειν κελεύονθ' ὡσπερεί τινα τέττιγ' ἑ-
στιῶντα. — at praeter rem et neceſſitatem.

Τῶν Αἰσχύλου λέξαι τί μοι· κᾆθ' οὗτος εὐθὺς εἶπεν·
Ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς,
Ψόφου πλέων, ἀσύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν.
Κἀνταῦθα πῶς οἴεσθέ μου τὴν καρδίαν ὀρεχθεῖν;
Ὅμως

Ex Aeſchylo mihi aliquid recitare; poſt hic ſtatim dicebat:
At enim ego Aeſchylo principem locum tribuo inter poëtas,
Strepitus pleno, incompoſito, duro, confragoſo;
Hic iam quomodo putatis cor meum commotum fuiſſe?
Tamen

1369. γὰρ, ſi is verſuum ordo ab Ariſtophane profectus eſt, indicat, aliquid eſſe ſupplendum. Gloſſa in cod. C. notat οὐκ ᾄσω δηλαδή. Atque ironica adfirmatione id negat filius ſe facturum, quod pater iuſſerat: ideoque vertit Brunck: „at ille continuo: Recte enimuero iubes! namque ego Aeſchylo primum inter poetas locum tribuo, ſtrepitus pleno" etc. Loco πρῶτον praebet cod. Elbing. πάντων. — Cl. tamen Schütz acute ſentit, transponendos eſſe verſiculos, ita vt verſ. 1369 ſignis parentheſeos includatur: ſic; Ἔπειτα — — λαβόντα, (Ἐγὼ γὰρ — — ἐν ποιηταῖς,) τῶν Αἰσχ. — — εἶπεν, ψόφου — κρημνοποιὸν ſcil. αὐτόν.

1370. ἀξύστατον Brunck e Suida h. v. vbi ſcholion ad h. verſum eſt exſcriptum. at in ἀσύστατον idem ſcholion repetitum eſt, licet nulla Aeſchyli mentione facta. Duplex igitur illa lectio iam antiqua eſt, et Suidas vel diuerſorum codicum aut grammaticorum lectiones ſequutus eſt aut compilauit, vel particula poſterior Suidae panno adſuta eſt ab alio homine et librario ſiue docto ſiue indocto. — στόμφακα *grandiloquum*, a στομφάζειν, quod eſt, ſecundum grammaticum quemdam a Spanhemio laudatum, διὰ τοῦ στόματος βάζειν, τουτέστι τῷ πλατεῖ καὶ ὄγκον ἔχοντι στόματι λέγειν. — κρημνοποιὸς eſt *confragoſus*, ſeu *tumidorum verborum artifex*. Equit. verſ. 625 Cleon dicitur κρημνοὺς ἐρείδων, qui verba ſupra modum tumida et ampullata proiicit. v. ibi ſcholion.

1371. πῶς οἴεσθε] v. ad verſ. 879. — ὀρέχθειν *fremere*,

O

Ὅμως δὲ τὸν θυμὸν δακὼν ἔφην, σὺ δ' ἀλλὰ τούτων
Λέξον τι τῶν νεωτέρων ἅττ' ἐστὶ τὰ σοφὰ ταῦτα.
Ὁ δ' εὐθὺς ᾖσ' Εὐριπίδου ῥῆσίν τιν', ὡς ἐκίνει
Ἀδελφὸς, ὦ 'λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.
Ἐγὼ δέ τ' οὐκ ἠνεσχόμην· ἀλλ' εὐθὺς ἐξαράττω
Πολλοῖς

Tamen iracundia compressa dicebam, quin tu istorum
Recentiorum aliquid dic, quaecunque sunt haec scita et elegantia.
At ille statim cecinit ex Euripide versus aliquos, quomodo subagitarit
Frater, proh auerrunce! sororem vterinam.
Ego autem non amplius me continebam, sed confestim incesso
Multis

mere, proprie de bobus iisque mactandis; translate de mari, quod terram adlidit, ob soni grauissimi horridique similitudinem; tum de animo commoto, qui aeque perturbatus videtur, ac mare tempestate aut fluctibus agitatum. v. Eustath. ad Iliad. ψ. 30. pag. 1285. l. 60. a Brunckio excitatum. — ὀρυχθεῖν cod. Elbing.

1372. Θυμὸν δακὼν] de iis, qui adfectum aliquem continere coguntur aut volunt. v. Bergler et Klotz ad Tyrtaeum vers. vlt. p. 30.

1373. ἅτ' cod. Elbing.

1374. ἐν Εὐριπ. idem. vulgo ἐξ Εὐρ. Ducker ad h. l. et Toup. in Emend. in Suidam part. I. p. 118. ed. Lips. correxerunt ᾖσ' Εὐριπίδου, ne in quarto loco trochaeus contra leges iambicorum admitteretur, et sic e cod. C. rescripsit Brunck, apud quem tres alii habent ᾖσεν Εὐριπίδου. — εὐθέως ᾖσεν Εὐριπ. cod. Bauar.; atque Küster iam praepositionem ἐξ abesse c. Vatic. V. et in versu redundare vidit: hinc ego illam deleui. nam duplex lectio ἐν et ἐξ iam prodit praepositionis νοθείαν.

1375. Fundus fabulae est apud Homerum Odyss. κ. init. adde Aristoph. Ran. v. 1110. Atheniensibus licuit eodem patre natas vxores ducere, (vt ait Cornel. Nep. in Cimone cap. I. 2. vbi vide Staueren. in ed. min.) at connubia cum ὁμομητρίᾳ seu *vterina* fuerunt Solonis lege vetita. v. Spanhem.

1376. Ἐγὼ δ' ἔτ' οὐκ ἠνεσχόμην,

Πολλοῖς κακοῖς κ' αἰσχροῖσι κᾆτ' ἐντεῦθεν, οἷον εἰκὸς,
Ἔπος πρὸς ἔπος ἠρειδόμεσθ'. εἶθ' οὗτος ἐπαναπηδᾷ,
Κἄπειτ' ἔφλα με, κἀσπόδει, κἄπνιγε, κἀπέτριβεν.
ΦΕΙΔ. Οὐκοῦν δικαίως, ὅς τις οὐκ Εὐριπίδην ἐπαινεῖς,

O 2 Σοφώ-

Multis et turpibus conuitiis: postea, vt fieri solet,
Conuicia conuiciis cumulabamus: deinde iste exilit,
Deinde tundebat, et caedebat et suffocabat, et me perditum ibat.
PH. Merito sane tuo qui Euripidem non laudas

Sapien-

σχόμην, *ego vero vtique me amplius non continebam*, correxit Toup. l. mem. et Br., tamquam de suo, reposuit. κἀγὼ οὐκ cod. Elbing. alii apud Brunck. κἀγὼ δ' οὐκέτ' ἐξηνειχόμην, aut κἀγὼ οὐκέτ' ἐξηνεισχόμην. De forma attica ἠνεσχομ.. v. Moerin. p. 176 ibique Pierson. — Vers. seq. κἀντεῦθεν οὖν c. Elb. pro κᾆτ' ἐντ'.

1378. ἠρειδόμεσθ'] Sic Küster e MS. Vat. V. et Suida in ἔπος πρὸς ἔπος atque Eustathio ad Il. ψ. p. 1327. 14. ed. Rom. corrigendum, vulgatam autem lectionem ἠριζόμεσθ' scholium atque interpretationem iudicauit in notis egregieque illustrauit. Ἐρείδειν nempe, (vt ille monuit,) vel ἐρείδεσθαι apud Atticos dicitur: *magno nisu, certatim et cum quadam contentione aliquid facere*, proprie, *incumbere alicui rei:* per metaphoram, sumtam a remigibus, qui, quum strenue remigare volunt, remis incumbunt, teste Schol. ad Aristoph. Pacem v. 25. hinc ἐρείδειν pro *auide edere*, in Pace, 31. pro *subigere feminam* Eccles. 612. pro *magno nisu aliquid iaculari* Equit. 625. Praeiuerunt iam auctores maiorum Lexicorum. Sic quoque Ἔρειδε τὰν γνώμαν *firmia animum* Theocrit. XXI. 61. ἀμνὸν ἔρειδε, *depone agnum*, certaminis praemium, Theocr. V. 24 vbi v. Casaubon. et Warton. Hinc nostro loco accipiendum est pro *verbis contendere*, quoniam id magno cum nisu fieri solet. Küsteri rationes vlterius probauit Spanhem. et Brunck illam lectionem in duobus reperit codd. ac reposuit. In alio cod. Br. est ἠριδόμεθ', in alio ἐριδόμεθ'.

1378. conf. Toup. ad Theocrit. p. 392. ed. Warton.

Σοφώτατον. ΣΤΡ. Σοφώτατόν γ' ἐκεῖνον, ὦ τί σ' εἴπω;
Ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. ΦΕΙΔ. Νὴ τὸν Δί' ἐνδίκως γάρ.
ΣΤΡ. Καὶ πῶς δικαίως; ὅς τις, ὦ 'ναίσχυντε, σ' ἐξέθρεψα,
Αἰσθανόμενός σου πάντα τραυλίζοντος, ὅ, τι νοοίης.
Εἰ μέν γε βρῦν εἴποις, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον·
Μαμμᾶν δ' ἂν αἰτήσαντος, ἧκόν σοι φέρων ἂν ἄρτον·
Κακᾶν δ' ἂν οὐκ ἔφθης φράσαι, κἀγὼ λαβὼν θύραζε Ἐξέφερ

Sapientissimum. Str. Illumne sapientissimum? o quem te memorem!
Sed rursus vapulabo. Ph. Idque profecto iure.
Str. Et quo iure? qui te, o impudens, educaui, *tam sedulo*
Vt statim omnia sentirem quae velles, licet balbutiens.
Nam si bryn diceres, ego statim bibere dabam:
Si mammam peteres, aderam ferens tibi panem:
Caccan vix prolocutus eras, et ego te acceptum foras Effere.

1382. ἐνδίκως] ἐν δίκῃ γ' ἂν cod. Bauar. et alii apud Br. in Suppl. qui γ' ἂν haud improbat. ἐν δίκῃ cod. etiam Elbing. minus recte. v. Timaei Lex. pag. 74.

1385. εἰ μὲν — εἴποις e quatuor codd. (quibus codd. Elbing. et Bauar. accinunt,) Brunck edidit. Vulgo εἴπῃς. at εἰ cum subiunctiuo soloecismum efficere, iam animaduertit Dawes. Misc. crit. p. 324 sq. — tum βῦν, vel etiam πῖν· non autem βρῦν aiebat Scaliger. — Schol. in cod. reg. qui etiam εἴποις habet, in Suppl. Br. hoc est: οὐ μόνον ἐπέχω τὸ κωλύω, ἀλλὰ καὶ τὸ δίδωμι. ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστι τὸ παρέχω, τὸ δίδωμι, ἢ παρά σοι ἔχω τι, οὕτω καὶ ἐπέχω ἀντὶ τοῦ ἐπί σοι ἔχω τι. ἡ γὰρ παρὰ καὶ ἡ ἐπὶ ταυτοσήμαντα εἰσίν. Codex vero habet παρέσχον e glossemate, vitiose ποιεῖν in cod. Elbing. idem v. seq. ἧκων, at ἂν caret.

1387. κακκᾶν cum duplici κ et sine iota subscripto, (quod etiam abest ed. Aldina,) Brunck e tribus codd. et

Ἐξέφερόν ἀν, καὶ προὐσχόμην σε. σὺ δέ με νῦν ἀπάγχων
Βοῶντα, καὶ κεκραγόθ', ὅτι
Χεζητιῴην, οὐκ ἔτλης
Ἔξω γ' ἐνεγκεῖν, ὦ μιαρὲ,
Θύραζέ μ', ἀλλ' ἀποπνιγόμενος αὐτοῦ 'ποίησα κακκᾶν.

O 3 ΕΠΙΡΡΗ-

Efferebam, et ante me tenebam. Tu vero nunc angens me
Clamantem et vociferantem, quod
Cacaturirem, non ſuſtinuiſti
Efferre, impuriſſime,
Foras me, ſed inter ſuffocandum ibidem cacaui.

ANTI-

et ſic quoque in Elbing. — *οὐκ ἔφθης φράσαι*, primum notanda eſt conſtructio *ἔφθης* cum infinitiuo; nam frequentius in eleganti hoc et notiſſimo graeciſmo verbo *φθάνειν* additur participium: dein *οὐκ ἔφθης* vertendum eſt *ſimul ac* proloquutus eras, proloqui poteras. v. Marckland ad Euripidis Suppl. mulier. v. 1219 p. 262 ſq. ed. Lond. 1785. 8.

1388. *νῦν ἄγχων* cod. reg. in Supplem. Brunckii.

1389. *κραγόθ'* et *χεζιτιῴην* cod. Elbing.

1391. *ἔξω 'ξενέγκειν* cod. Bauar. et ſic edidit Brunck e III. codd.

1392. Ab *αὐτοῦ* nouus incipit verſus in cod. Elb. et ſic diſtinxit quoque Brunck. — *ἀποπνιγόμενον — ποιήσας* malit cl. Nagel, vt antitheſis et contextus ſint clariores; hoc ſenſu: filium iam adultum patrem praefocatum feciſſe, ſiue coëgiſſe in aedibus cacare.

ΕΠΙΡΡΗΜΑ, [ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Ald. et al.] ΚΩΛΩΝ ή.

ΧΟΡ. Οἶμαί γε τῶν νεωτέρων τὰς καρδίας
Πηδᾷν, ὅ, τι λέξει.
Εἰ γὰρ τοιαῦτά γ' οὗτος ἐξειργασμένος,
Λαλῶν ἀναπείσει,
Τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμεν ἂν

Ἀλλ'

ANTISTROPHE, VERSVVM VIII.

CHOR. Arbitror vtique iuniorum corda
Palpitare *expectatione*, quidnam dicturus ſit.
Si enim iſte, qui talia perpetrauit,
Dicendo effecerit, vt haec credantur iure fieri,
Cutem ſeniorum acciperemus (*emeremus*)

Nec

1393. τῶν νεωτ. — πηδᾷν, h. e. *iuuenes vehementer expetere et cupere*, nempe, vt cognoſcant, *quid dicturus ſit*. Supplendum eſſe vidit Küſter, προσδοκώντων vel βουλομένων εἰδέναι. Erneſti Callimachi locum in H. in Cerer. v. 89 κακὰ δ' ἐξάλλετο γαστὴρ de *vehementi cupiditate ventriculi improbi* ſ. famis comparat cum noſtro loco, et docet ad Callimachum p. 250. ex Ariſtophane *Philoſtratum* Vita Apollon. I. p. 46 alioſque formam illam πηδᾷν duxiſſe.

1395 ſq. Si, inquit, cauſſam vicerit iſte, qui patrem verberauit, actum eſſe de cute ſenum: nam omnes a filiis, aut iunioribus vapulabunt impune. Sine dubio reſpicit ad Aeſchylum in Eumenidibus v. 493 etc. *Bergler.*

1397. λάβοιμεν] h. e. *emeremus*, et genitiuus πρεσβυτῶν regitur ab omiſſa praepoſitione ἀντί. Sic Theocr. XV. 20. ἑπτὰ δραχμῶν — πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθὲς, *ſeptem drachmis — quinque vellera emit heri*. id. ibidem verſ. 8 ἔλαβ' ἐνθὼν ἴλεόν. vide ad vtrumque locum,

quae

Ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου.
Σὸν ἔργον, ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλευτὰ,
Πειθώ τινα ζητεῖν, ὅπως δόξῃς λέγειν δίκαια.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

Ὡς ἡδὺ καινοῖς πράγμασιν καὶ δεξιοῖς ὁμιλεῖν,
Καὶ τῶν καθεστώτων νόμων ὑπερφρονεῖν δύνασθαι.
Ἐγὼ γὰρ ὅτε μὲν ἱππικῇ μόνῃ τὸν νοῦν προσεῖχον,

Nec ſaltem pro cicere.
Tuum eſt, o vibrator et quaſſator nouarum ſententiarum,
Fidem conquirere, vt dicere videaris iuſta.

PHIDIPPIDES, STREPSIADES, CHORVS.

PH. Quam ſuaue eſt rebus nouis et ſcitis imbui,
Et leges conſtitutas ſpernere poſſe.
Ego enim quamdiu rei tantum equeſtri ſtudui,

quae notaui. — Brunck in Suppl. mallet λάβοιμ' ἂν οὐκ, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐρεβίνθου, quia ſic ſoleat negatio geminari.

1398. ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐρεβίνθου edidit Brunck et claudicabat, ait, verſus, qui dimidiatus eſt ſenarius iambicus, ſeu dimeter brachy catal. vt ſtrophicus, cui congruere debet, v. 1353. λῆμ' ἐστὶ τἀνθρώπου. Tum falſam inſcriptionem ἐπίῤῥημα carpit, et, ſi inepti illi tituli, quos eliminauit, retineri debeant, praefert Aldinam inſcriptionem Ἀντιστροφὴ, at in numero VIII. errorem notat, quod ſex tantum numerari debeant, tetrametris ad ſtropham et antiſtropham non pertinentibus. Denique bene comparat Plautum Mil. II. 3. 45.

— *non ego nunc emam vitam tuam vitioſa nuce.*

1399. ἐπῶν primus reſtituit Küſter, e codd. Vat. et Arundel.

1400. ὅπως δόξεις Brunck ex duobus codd. quibuscum conſpirat cod. Bauar.

1401. πράγμασιν Doruill. in Vann. critica p. 328. at Brunck. vulgo ν deeſt in fine.

1403. ἱππικῇ τὸν νοῦν μόνῃ ad numeros reſtituendos correxit Bentl. et Brunck recepit.

Οὐδ' ἂν τρί' εἰπεῖν ῥήμαθ' οἷός τ' ἦν, πρὶν ἐξαμαρτεῖν.
Νυνὶ δ' ἐπειδή μ' οὑτοσὶ τούτων ἔπαυσεν αὐτὸς,
Γνώμαις δὲ λεπταῖς καὶ λόγοις ξύνειμι καὶ μερίμναις,
Οἶμαι διδάξειν, ὡς δίκαιον τὸν πατέρα κολάζειν.
ΣΤΡ. Ἵππευε τοίνυν, νὴ Δί', ὡς ἐμοί γε κρεῖττόν ἐστιν
Ἵππον τρέφειν τέθριππον, ἢ τυπτόμενον ἐπιτριβῆναι.
ΦΕΙΔ. Ἐκεῖσε δ', ὅθεν ἀπέσχισάς με, τοῦ λόγου μέτειμι,
Καὶ πρῶτ' ἐρήσομαί σε τουτί, παῖδά μ' ὄντ' ἔτυπτες;
ΣΤΡ. Ἔγωγέ σ', εὐνοῶν τε καὶ κηδόμενος. ΦΕΙΔ. Εἰπὲ δή μοι,
Οὐ κἀμέ σοι δίκαιόν ἐστιν εὐνοεῖν ὁμοίως,
Τύπτοντ'; ἐπειδήπερ τοῦτ' ἔστιν εὐνοεῖν, τὸ τύπτειν.
Πῶς

Nec tria verba profari poteram, quin peccarem;
At nunc postquam iste ab illis rebus me abduxit ipsemet,
Et ego adsueui subtilibus sententiis et orationibus et meditationibus,
Arbitror fore vt edoceam, fas esse patrem castigare.
STR. Imo profecto equita; nam satius est me
Quadrigas alere, quam vapulantem pessumdari.
PH. Illuc autem redibo, vnde mihi sermonem abrupisti,
Et primum hoc te interrogabo: me puerum verberastine?
STR. Ita, inquam, sed quod bene vellem et studerem.
PH. Dic iam mihi,
Annon et me tibi aequum est bene velle similiter,
Et te verberare? si quidem bene velle, verberare est.
Quo-

1409. ἵππων τρέφειν cod. Elbing. et Brunck e tribus edidit codd. ad τέθριππον glossa ἅρμα. — Ad μέτειμι vers. seq. gloss. cod. regii, μετελεύσομαι.

1411. ἐρήσομαί σε cod. Elbing. et Br. e tribus codd. vulgo ἐρ. γε.

1414. τύπτοντ' Brunck e suo codice bene reposuit. Sic quoque exaratum est in cod. Bauar. vulgo τύπτειν τ'. tum e cod. B. ἐπειδήπερ γε τοῦτ'

Πῶς γὰρ τὸ μὲν σὸν σῶμα χρὴ πληγῶν ἀθῷον εἶναι,
Τοὐμὸν δὲ μή; καὶ μὴν ἔφυν ἐλεύθερός γε κἀγώ.
Κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς; ΣΤΡ. Τίη δή;
ΦΕΙΔ. Φήσεις νομίζεσθαι σὺ παιδὸς τοῦτο τοὖργον εἶναι;
Ἐγὼ δέ γ' ἀντείποιμ' ἄν, ὡς δὶς παῖδες οἱ γέροντες.
Εἰκὸς δὲ μᾶλλον τοὺς γέροντας, ἢ νέους τι κλάειν,

O 5 Ὥσπερ

Quomodo enim decet tuum corpus plagis non esse obnoxium,
Meum autem esse? Equidem liber natus sum ego etiam.
Plorant filii, at patri plorandum esse non censes? STR. Quid ita?
PH. Dices, lege receptum esse vt puer hoc patiatur.
At ego contra dicerem, senes bis pueros esse.
Et aequius multo est senes plorare quam iuniores,

Quanto

τοῦτ' ἐστ', ne spondeus sit in quarta sede. Küster inuenit in codd. Vat. et Arundel. et est in cod. reg. in Suppl. Br. τοῦτ' ἔστιν et probauit, indeque Berglerum in textum admisisse suspicor. Ducker coniecit, vel ἐπειδήπερ ἐστὶ τοῦτο εὔνοιαν, vel ἐπειδὴ τοῦτο πέρ ἐστιν εὐνοεῖν.

v. 1416. καὶ μὴν Ald. ed. et γε ante κἀγὼ cod. Elb. abest.

1417. Τίη δή;] Has voculas in nullo codice a primae manu, sed in duobus in margine scriptas reperit Br. Nec sunt illae in codd. Elb. ac Bauar. nec in edd. Ald. Crat. Brubach. Farn. Francinus in ed. Iuntina primus intulit illas in textum, vnde transierunt in edd. Parisin. Wechel. Basil. Porti, Frischl. et reliquas.

1418. νομίζεσθαί γε παιδὸς — τοῦτο τοὖργον cod. Brunckii. In cod. Elbing. v. 1418 tributus est Strepsiadis personae: Phidippidis vero v. 1419.

1420. Εἰκὸς δὲ μᾶλλον Br. e II. codd. et Küster antea inuenerat in MS. Vatic. V. probaueratque. Vulgo εἰκὸς δὲ μάλιστα. Idem Küster pro vulgato ἢ τοὺς νέους scribendum iudicarat ἢ νέους deleto articulo τούς, qui redundaret: eumque sunt sequuti Bergler ac Brunck. τι deest in cod. Elbing.

Ὅσωπερ ἐξαμαρτάνειν ἧττον δίκαιον αὐτούς.
ΣΤΡ. Ἀλλ' οὐδαμοῦ νομίζεται τὸν πατέρα τοῦτο πάσχειν.
ΦΕΙΔ. Οὔκουν ἀνὴρ, ὁ τὸν νόμον θεὶς τοῦτον, ἦν τοπρῶτον,
Ὥσπερ σὺ κἀγὼ, καὶ λέγων ἔπειθε τοὺς παλαιούς;
Ἧττόν τι δῆτ' ἔξεστι κἀμοὶ καινὸν αὖ τολοιπὸν
Θεῖναι νόμον τοῖς υἱέσιν, τοὺς πατέρας ἀντιτύπτειν;
Ὅσας δὲ πληγὰς εἴχομεν, πρὶν τὸν νόμον τεθῆναι,
Ἀφίεμεν, καὶ δίδομεν αὐταῖς προῖκα συγκεκόφθαι.
Σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας, καὶ τἄλλα τὰ βοτὰ ταυτὶ,
Ὡς τοὺς πατέρας ἀμύνεται, καί τοι διαφέρουσ' οὐδὲν Ἡμῶν

Quanto minus aequum est ipsos peccare.
Str. Sed nullibi lege receptum est, vt pater istud patiatur.
Ph. Nonne ergo homo erat, qui primo legem illam tulit,
Sicut tu et ego, et dicendo persuasit veteribus *vt ei parerent.*
Minus itaque licet mihi etiam nouam deinceps
Ferre legem filiis, vt patres *suos* contra verberent?
Plagas interim quascunque accepimus, priusquam lex haec daretur,
Missas facimus, et concedimus, vt impune flagris concisi simus ab ipsis.
Specta vero Gallos et alias bestias,
Quomodo patres suos vlciscantur. Atqui nihil differunt A nobis

1427. τε θεῖναι cod. Elb.
1430. καίτοι τί διαφέρουσιν, omisso οὐδὲν et post οὐ γράφουσιν posito signo interrogationis, Brunck e duobus codd. καίτοι σφόδρ' οὐδὲν διαφέρουσιν ἡμῶν cod. Brunckii et Bauar. — mox πλὴν γ' ὅτι cod. Elbing. Nihil differre ait, quia bipedes etiam sint.

Ἡμῶν ἐκεῖνοι, πλὴν ὅτι ψηφίσματ' οὐ γράφουσι.

ΣΤΡ. Τί δῆτ', ἐπειδὴ τοὺς ἀλεκτρυόνας ἅπαντα μιμεῖ,

Οὐκ ἐσθίεις καὶ τὴν κόπρον, κἀπὶ ξύλου καθεύδεις;

ΦΕΙΔ. Οὐ ταὐτὸν, ὦ τᾶν, ἐστὶν, οὐδ' ἂν Σωκράτει δοκοίη.

ΣΤΡ. Πρὸς ταῦτα μὴ τύπτ', εἰ δὲ μὴ, σαυτόν ποτ' αἰτιάσει.

ΦΕΙΔ. Καὶ πῶς; ΣΤΡ. Ἐπεί σε μὲν δίκαιός εἰμ' ἐγὼ κολάζειν·

Σὺ δ', ἢν γένηταί σοι, τὸν υἱόν. ΦΕΙΔ. Ἢν δὲ μὴ γένηται,

Μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται, σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξει;

ΣΤΡ.

A nobis illi, nisi quod decreta non perscribunt.

Str. Quid itaque, quando gallos per omnia imitaris,

Non stercus itidem comedis, et in pertica dormis?

Ph. Non eadem ratio est, o bone, nec sane Socrati ita videretur.

Str. Quare noli verberare: alioqui, te ipsum olim culpabis.

Ph. Quomodo vero? Str. Quia aequum est, vt ego te castigem,

Et tu filium tuum, si tibi aliquis fuerit natus. Ph. Si vero non fuerit,

Frustrane ego plorauero? tuque me irriso morieris?

Str.

1432. *μιμῇ* cod. Elb. — vers. sq. *κἀπὶ ξύλου καθίζεις* cod. reg.

1434. *ὦ 'τὰν* Brunck. — *δοκεῖ* cod. Elbing. idem et Bauar. versu sq. *αἰτιάσῃ*. Sed v. Schol. ad v. 490. Gregor. Cor. de dialect. §. 55. ibique Koen. p. 49 sq.

1438. *ἐγχαίνειν τινὶ ore hianti*, siue ita diducto, vt etiam dentes atque rictus adpareant; *aliquem deridere*: apud Atticos significat, *aliquem irridere*, vel *illudere*. Suidas *ἐγχανὼν, καταγελάσας*; qui nostrum locum subiicit, legitque *τεθνήξῃ*, vti

ΣΤΡ. Ἐμοὶ μὲν, ὦνδρες ἥλικες, δοκεῖ λέγειν δίκαια·
Κἀμοί γε συγχωρεῖν δοκεῖ τούτοισι τἀπιεικῆ.
Κλάειν γὰρ ἡμᾶς εἰκός ἐστ᾽, ἢν μὴ δίκαια δρῶμεν.
ΦΕΙΔ. Σκέψαι δὲ χ᾽ ἀτέραν ἔτι γνώμην. ΣΤΡ. Ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι.
ΦΕΙΔ. Καὶ μὴν ἴσως γ᾽ οὐκ ἀχθέσει παθὼν, ἃ νῦν πέπονθας.
ΣΤΡ. Πῶς δή; δίδαξον γὰρ, τί μ᾽ ἐκ τούτων ἐπωφελήσεις;

ΦΕΙΔ.

STR. Mihi, o aequales, aequum dicere videtur:
Et puto istis concedendum esse quod aequum est.
Nam plorare nos oportet, si non quod iustum est faciamus.
PH. Specta etiam aliam sententiam. STR. Peribo vtique.
PH. Et forte non aegre feres, si idem tibi eueniat, quod iam euenit.
STR. Quomodo vero? doce, quid ex hac re mihi commodabis?

PH.

vti prostat in cod. Bauar. et Elbing. Idem Suidas ἐπεγχανὼν, καταγελάσας. vide Ducker, qui sensum loci his verbis declarat: at si mihi numquam natus fuerit filius, frustra ego plorauero, qui tot a te plagas acceperim, nec rursus vel tibi, vel filio, quem non habebo, imponere possim. tu autem ridens me morieris, quod impune me toties verberaueris, quodque ego plagas rursus infligere filio meo non possim.

1442. γὰρ indicat, supplendum esse, vti glossa iam suppleuit, οὐ βούλομαι.

1443. ἴσως οὐκ ἀχθέσῃ cod. Elb. ἀχθεσθήσῃ cod. Bauar. — παθὼν — πέπονθας, h. e. si, vt nunc es victus oratione mea, iterum vincaris, et mihi denuo adsentiaris. *Bergler.*

1444. τί μ᾽ ἐκ τ. ἐπωφελήσεις; sic Brunck e duobus codd. edidit. atque ἐπωφελ. omnes edd. quae praeter ea praebent τί δή μ᾽ ἐκ etc. Bentl., vt metro consuleret, coniecit τί δή μ᾽ ἐκ τῶνδ᾽ ἐπωφελήσεις. at repetitum illud δὴ inuenustum et eiiciendum videbatur. Br. Küster, quem sequutus est Bergler,

ΦΕΙΔ. Τὴν μητέρ', ὥσπερ καί σε, τυπτήσω. ΣΤΡ. Τί δῆτα φὴς σύ;
Τοῦθ' ἕτερον αὖ μεῖζον κακόν.
ΦΕΙΔ. Τί δ', ἢν ἔχων τὸν ἥττω
Λόγον, σὲ νικήσω λέγων,
Τὴν μητέρ' ὡς τύπτειν χρεών;

ΣΤΡ.

PH. Matrem, ſicut etiam te, verberabo. STR. Quid tu dicis?
Hoc iam aliud maius malum.
PH. Quid ſi inferiore illo adhibito
Sermone, euincam dicendo,
Matrem verberari oportere?

STR.

Bergler, ne ſyllaba redundaret, e MS. Arundel. (vti eſt in cod. reg. in Br. Supplem. a manu ſec. nam primo ſcriptum fuerat ὀφελήσεις,) exſcribi fecit, ἐκ τούτων ὠφελήσεις. at, hac admiſſa lectione, numeros corruptos eſſe ob ſpondeum in ſexto loco, oſtendit Brunck.

r 1445. τί φὴς; τί φὴς σύ; elegantius pleniusque ad animi perturbationem indicandam legitur in codd. A. C. et Brunck reſcripſit.

1446. Vide ſimplicitatem ruſtici, qui, vbi adoleſcens ait, ſe matrem quoque verberaturum, ira excandeſcit, nec tantum flagitium audire ſuſtinet, ratus hominum animis nihil a natura magis inſitum eſſe, quam pietatem erga maternum vterum, vt bene vidit Brunck: at idem ſagaciter quoque poetae acumen ſenſit. „Philoſophorum, ait, Euripidisque dogma reſpicit Comicus, quod falſi arguit, non directis argumentis, ſed, quod longe praeſtat, Strepſiadis adfectu, ab ipſa natura petito. Scilicet docebant illi, auctorem originis patrem eſſe, matrem vero tamquam humum conſiderabant, ſemen recipientem fouentemque. — Plura ad illud placitum pertinentia vide in egregia Valckenarii diatribe Euripidea pag. 29. Qui hac doctrina imbuti fuerant adoleſcentes, vix fieri poterat, quin eorum aliquis, ſi quod forte iurgium incideret, minus decenter et pie erga matrem ſe gereret etc.“

ΣΤΡ. Τί δ' ἄλλο γ'; ἢν ταυτὶ ποιῇς,
Οὐδὲν σε κωλύσει σεαυτὸν ἐμβαλεῖν
Ἐς τὸ βάραθρον μετὰ Σωκράτους,
Καὶ τὸν λόγον τὸν ἥττω;
Ταυτὶ δι' ὑμᾶς, ὦ Νεφέλαι, πέπονθ' ἐγώ,
Ὑμῖν ἀναθεὶς ἅπαντα τὰ μὰ πράγματα.
ΧΟΡ. Αὐτὸς μὲν οὖν σαυτῷ σὺ τούτων αἴτιος,
Στρέψας σεαυτὸν ἐς πονηρὰ πράγματα.
ΣΤΡ. Τί δῆτα ταῦτ' οὔ μοι τότ' ἠγορεύετε;
Ἀλλ' ἄνδρ' ἄγροικον καὶ γέροντ' ἐπήρατε;

ΧΟΡ.

STR. Quid aliud, si hoc facias,
Nisi vt nihil obstet quin teipsum iniicias
In Barathrum cum Socrate,
Et illum inferiorem sermonem?
Haec propter vos, o Nubes, passus ego sum,
Qui vobis omnes res meas commisi.
CHOR. Ipsemet tibi ipsi horum causa es,
Qui teipsum intricasti malis facinoribus: *conuertisti ad fraudes*.
STR. Cur itaque haec mihi tunc non dicebatis?
Sed hominem rusticum et senem spe extulistis?

CHOR.

1451. *σὲ* (vti *σὺ* v. 1456) deest in cod. Elb. qui vero nimis liberaliter auget versum, *τοῦ ἐμβαλεῖν*.

v. 1452. *μετὰ τοῦ σωκρ.* cod. Bauar.

1457. *στρέψας* (quo verbo adluditur ad nomen Strepsiadis) *ἑαυτὸν* membr. quod, tamquam magis atticum, praeferri debebat, ait illustratque Brunck.

1458. *ταῦτ' οὔ μοι τότ' ἠγορεύσατε;* edidi cum Br. e membr. quam lectionem reperit quoque Küster in MS. Vat. V. et postea Br. in cod. reg. in Suppl. cum glossa ad *τότε, ὅτε τὴν ἀρχὴν προσῆλθον ὑμῖν.* — *ταῦτα γ' οὔ μοι τότε ἠγορεύετε;* edd. at *μοι* omissum est in exemplis Küsteri et Bergleri.

1459. *ἐπήρατε*] *impulistis*, spe impleuistis: metaphora sumta a vento, qui *ἐπαίρων τὰ ἱστία*, vela implet nauemque promouet.

ΧΟΡ. Ἀεὶ ποιοῦμεν ταῦθ᾽ ἑκάστοτ᾽, ὅτ᾽ ἄν τινα
Γνῶμεν πονηρῶν ὄντ᾽ ἐραστὴν πραγμάτων,
Ἕως ἂν αὐτὸν ἐμβάλωμεν ἐς κακὸν,
Ὅπως ἂν εἰδῇ τοὺς θεοὺς δεδοικέναι.
ΣΤΡ. Οἴμοι, πονηρά γ᾽, ὦ Νεφέλαι, δίκαια δέ.
Οὐ γάρ μ᾽ ἐχρῆν τὰ χρήμαθ᾽, ἃ ᾽δανεισάμην,
Ἀποστερεῖν, νῦν οὖν ὅπως, ὦ φίλτατε,
Τὸν Χαιρεφῶντα τὸν μιαρὸν, καὶ Σωκράτην
Ἀπολεῖς, μετ᾽ ἐμοῦ γ᾽ ἐλθ᾽, οἵ σε κἄμ᾽ ἐξηπάτων.
ΦΕΙΔ. Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἀδικήσαιμι τοὺς διδασκάλους.
ΣΤΡ. Ναὶ ναὶ, καταιδέσθητι πατρῷον Δία.

ΦΕΙΔ.

CHOR. Semper iſtud factitamus, quotiescunque
Cognouerimus aliquem fraudes adamare,
Vsque dum ipſum coniiciamus in aliquod malum,
Vt diſcat Deos reuereri.
STR. Heu acerba iſta ſunt, o Nubes, ſed iuſta.
Non enim oportebat me pecuniam, quam foenore acceperam,
Defraudare. Nunc igitur, mi cariſſime, vt
Chaerephontem illum impurum, et Socratem
Perdas, veni mecum, qui me et te deceperunt.
PH. Sed haud quaquam affecerim magiſtros aliqua iniuria.
STR. Imo, reuerere Iouem patrium.

PH.

1460. ὅτ᾽ ἄντινα] ἄντιν᾽ οὖν cod. Elb. et cod. reg.

1464. Ὦι μοι quatuor codd. Br. et Elb. perinde eſt.

1467. Σωκράτην Brunck e IV. codd. vitato hiatu. Sic quoque codd. Vat. et Arund. vulgo Σωκράτη.

1468. ἀπολῇς cod. Bauar. Elbing. — ἀπολεῖς μετ᾽ ἐμοῦ γ᾽ ἐλθὼν, οἵ σε, ed. Bern. Iunt. contra metrum. ὅπως, vt, h. l. conſtruitur cum futuro indicatiui. v. Brunck in Suppl. p. 210. ordo eſt: νῦν οὖν, ὦ φίλτατε, μετ᾽ ἐμοῦ γ᾽ ἐλθ᾽, ὅπως ἀπολεῖς Χαιρ. καὶ Σωκράτην!

1470. Apollinem quidem, non Iouem, πατρῷον illis temporibus cultum fuiſſe Athenis, pluribus docet Spanhem.

ΦΕΙΔ. Ἰδού γε Δία πατρῷον· ὡς ἀρχαῖος εἶ.
Ζεὺς γάρ τις ἐστίν; ΣΤΡ. Ἔστιν. ΦΕΙΔ. Οὐκ ἔστιν γ', ἐπεὶ
Δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς.
ΣΤΡ. Οὐκ ἐξελήλακ', ἀλλ' ἐγὼ τότ' ᾠόμην,

Διὰ

Ph. Ecce autem Iouem patrium! quam obſoletus es.
Eſtne vero aliquis Iupiter? Str. Eſt. Ph. Non poteſt fieri, nam
Turbo regnat, Iouem qui expulit.
Str. Non expulit, ſed ego tum arbitrabar,

Iouem

hem. Quod autem, ait, a Strepſiade πατρῴου Διὸς fiat hic mentio, id ad imitationem πατρῴου Apollinis a ſene, et hinc filii contumeliis, illinc creditorum metu, parum ſui compote dictum; indeque etiam eum inter alia a filio irrideri, continuo liqueat. — Brunck laudat interpretes ad Heſychii gloſſam πατρῷος Ζεύς. adde Weſſeling. Obſeruatt. variar. lib. I. cap. 7. pag. 21 ſqq. Quod πατρῷος nullibi, prima producta occurrat apud Comicum, Brunck in Suppl. καταιδέσθητί γε πατρῷον legere iubet.

1472. οὐκ ἔστιν γ' Brunck reſtituit e codd. Venuſta eſt repetitio verbi ἐστι plena eodemque ſono. In cod. Elbing. ἐστὶ γ' ἐπεί. Vulgo οὐκ ἔνεστ' ἐπεί. Toup. Emend. in Suidam part. II. p. 306. Lipſ. corrigit οὐκ ἂν ἐστ' non poteſt fieri vt ſit. Cum verſu ſq. compara v. 829.

1474. ἐξελήλακεν c. Elb. Tum ἀλλ' ἐγὼ τότ' ᾤόμην. — ſic vulgatum — τοῦτ' ᾠόμην, διὰ τουτονὶ etc. bene correxerunt Küſter, Bentlei, ac Brunck, quos in textu et verſione ſequendos putaui. Strepſiades vero dum haec dicit, id oſtendit, quod per δῖνον intelligit. Ill. vero Brunck poſt Berglerum, quem vide, ita explicat huius loci ſententiam. Eſt, ait, ſecundum veteres magiſtros ad v. 389 et ad Veſp. verſ. 616. κεραμεοῦν βαθὺ ποτήριον ὃ καλεῖται δῖνος, ὅπερ ἄνω εὐρύτερον ὄν, κάτω εἰς ὀξὺ λήγει. Gloſſa ad hunc locum, κανκίον πήλινον. In veſtibulo aedium ſolebant Athenienſes columnam ſtatuere in honorem Apollinis, quam Ἀγυιᾶ vocabant.

Διὰ τουτονὶ τὸν Δῖνον. οἴμοι δείλαιος,
Ὅτε καὶ σὲ χυτρεοῦν ὄντα θεὸν ἡγησάμην.
ΦΕΙΔ. Ἐνταῦθα σαυτῷ παραφρόνει, καὶ φληνάφει.

ACTVS

Iouem esse hunc turbinem. Hei mihi misero,
Cum te etiam qui fictilis es pro Deo habuerim.
PH. Isthic tibi ipsi desipe et nugare.

STRE-

cabant. vide ad Thesm. 489. Probabile est, Comicum, vt Socratem perstringeret, ostenderetque receptas religiones ab eo contemni, scholam illius in scena exhibuisse, cuius in vestibulo non Ἀγιεὺς erat, sed fictile vas aliquod magnum, ad formam supradescripti *κισσυβίου* seu *poculi* effictum, ideoque ostendens rusticus ait: *Sed ego tum arbitrabar Iouem esse turbinem hunc* [siue Iouem esse *Dinum* hunc]. Nunc eo sensu nomen δῖνος accipit Strepsiades: at supra v. 380 vbi ait:

Δῖνος; τουτί μ' ἐλελήθη,
Ὁ Ζεὺς οὐκ ὢν, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ Δῖνος νυνὶ βασιλεύων,

nescius, quid Physicis esset δῖνος, quo nomine Socrates vsus fuerat, ad exprimendam *aëris et coeli rotationem*, Δῖνον arbitratur eum adpellare deum aliquem Ioue superiorem, qui eum e regno eiecerat, vt ipse olim Saturnum. Ideo filio suo dicit v. 828.

Δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς·

quod nunc ei filius regerit." Hactenus cel. Brunck.

1476. ὄτι cod. Elb. edit. Brunck. — χύτρεον MS. Arundel.

1477. φληνάφα (a φληναφάω) Brunck e membranis. Suidas φληναφεῖ, φλυαρεῖ. Hesychius vero φληναφᾷ, φλυαρεῖ, μωρολογεῖ. Atque Aristophanes Equit. v. 660, (notante Spanhemio,) ἐκπλαγεὶς ἐφληνάφα, *perterritus nugas coepit agere.* φλυναφεῖν Thom. Mag. in φλήναφος p. 898 ibique Oudendorp.

ACTVS QVINTI
SCENA TERTIA.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΜΟΝΟΣ.

Οἴμοι παρανοίας, ὡς ἐμαινόμην ἄρα,
Ὅτ' ἐξέβαλον καὶ τοὺς θεοὺς διὰ Σωκράτην.
Ἀλλ', ὦ φίλ' Ἑρμῆ, μηδαμῶς θύμαινέ μοι,
Μηδέ μ' ἐπιτρίψῃς, ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε
Ἐμοῦ παρανοήσαντος ἀδολεσχίᾳ,

Καὶ

STREPSIADES SOLVS.

Hei mihi ob istam insaniam! quantum desipiebam,
Cum etiam Deos propter Socratem eiicerem.
At, o charissime Mercuri, nequaquam mihi succenseas,
Neque me perdas, sed da veniam mihi,
Quem garrulitas insanum fecerat,

Et

1478. Strepsiades resipiscens, properat ad scholam Socratis destruendam atque incendendam. Fumo flammaque fere suffocati atque absumti Socrates, discipulus et Chaerephon quaerunt, quid iste faciat; hic vero rustice lepideque respondet. Eo vero poeta aculeos in mentibus spectatorum ad Socratem et Sophistarum genus odio itaque prosequendum reliquit, quod id deorum potissimum, a Socrate impie spretorum, caussa se facere dixit et finiuit fabulam Strepsiades.

1479. Σωκράτην Br. e IV codd. Σωκράτη vulgo.

1481. μηδ' cod. Elb. forsan μηδ' ἐμ' ἐπιτρ.

1482. ἀδολεσχίᾳ] Aptum seni est hoc vocabulum. Ἀδολέσχης enim est *garrulus*, qui de rebus vanis atque inanibus inconsiderate ineptеque loquitur, siue vt Casaubonus ad Theophrasti Charact. cap. 3 pag. 40 sqq. ed. Fischeri, multus de vi et potestate illius vocabuli, ait, qui congressionibus id genus ita delectantur, vt voluptati illi, quam ex colloquiis mutuis et confabulationibus persaepe nugatoriis, quibus solent homines otio dediti

et

Καί μοι γενοῦ ξύμβουλος, εἴτ' αὐτοὺς γραφὴν
Διωκάθω γραψάμενος, εἴθ' ὅ, τι σοι δοκεῖ.
Ὀρθῶς παραινεῖς, οὐκ ἐῶν δικοῤῥαφεῖν,
Ἀλλ' ὡς τάχιστ' ἐμπιπράναι τὴν οἰκίαν
Τῶν ἀδολεσχῶν. Δεῦρο, δεῦρ', ὦ Ξανθία,
Κλίμακα λαβὼν ἔξελθε, καὶ σμινύην φέρων,
Κἄπειτ' ἐπαναβὰς ἐπὶ τὸ φροντιστήριον,

P 2 Ἕως

Et fias mihi consultor, an ipsis dicam
Scribam, an *aliud faciam* quod tibi videtur.
Recte mones, quod non sinis lites consuere,
Sed quam primum incendere domum
His argutatoribus. Adesdum Xanthia,
Sumta scala egredere ligonem etiam ferens,
Deinde ascende supra scholam,

Et,

et garruli senes se oblectare, omnia postponant, facileque vel dies integros de lana caprina aut gerris Siculis cum sui similibus colloquentes traducant. adde Moerin p. 27. Thomam Mag. p. 13 ibique interpr.

1483. αὐτὸς cod. Elbing.

1484. διωκάθω] *in iudicio persequar*. Hesych. διωκάθειν, διώκειν. atque διώκειν est quoque teste Suida h. v. εἰς ἀγορὰν, εἰς κρίσιν, ἄγειν. Timaeus in Lexico pag. 63. vbi Ruhnken de hac forma in αθω rariore docte disputat; Διωκάθειν. διώκειν ἐγκαλοῦντα ἢ τρέχοντα. Adde Moerida, h. v. ibique Pierson p. 118.

1485. ὀρθῶς] Fingitur senex, (id quod hominibus valde commotis euenire solet,) quasi sibi visum fuisset, aut vocem Mercurii audiuisse, aut a deo illo cogitationem talem in mentem inditam accepisse. Sic etiam, adnotante Berglero, in Pace v. 661 sqq. Trygaeus refert spectatoribus, quid ipsi soli dea Pax dixerit. Adde Br. qui ad h. l. παρεπιγραφὴν adfert: Ὥσπερ εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Ἑρμοῦ, ὡς οὐ χρὴ εἰς τὸ δικαστήριον αὐτοὺς ἀγαγεῖν.

1486. ἐμπιμπράναι Br.

1488. κλήμακα — σμίνην cod. Elbing. — Timaeus in Lexico p. 166 vbi v. Ruhnken, σμινύην, οἱ μὲν δίκελλαν, οἱ δὲ ἀξίνην (*asciam*) καλοῦσιν. adde Moer. p. 345 ibique Pierson, Th. Mag. (qui e Nubibus v. 1502 excitat,) p. 802 ibique Oudendorp.

Ἕως ἂν αὐτοῖς ἐμβάλῃς τὴν οἰκίαν,
Τὸ τέγος κατάσκαπτ', εἰ φιλεῖς τὸν δεσπότην.
Ἐμοὶ δὲ δᾷδ' ἐνεγκάτω τὶς ἡμμένην,
Κἀγώ τιν' αὐτῶν τήμερον δοῦναι δίκην
Ἐμοὶ ποιήσω, κἂν σφόδρ' εἰσ' ἀλαζόνες.

ACTVS QVINTI
SCENA QVARTA.
ΤΡΙΜΕΤΡΟΙ ΙΑΜΒΙΚΟΙ.

ΜΑΘΗΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΧΑΙΡΕΦΩΝ.

Ἰού, ἰού.
ΣΤΡ. Σὸν ἔργον, ὦ δαὶς, ἱέναι πολλὴν φλόγα.

ΜΑΘ.

Et, vsque dum in ipſos iniicias domum, (*ruere facias*)
Euerte tectum, ſi amas herum.
Mihi vero aliquis ferat facem accenſam,
Et ego, vt illorum nonnemo hodie det poenas
Mihi, faxo, etiamſi valde ſint arrogantes.

SENARII IAMBICI.

DISCIPVLVS, STREPSIADES, SOCRATES, CHAEREPHON.

Socr. Io! Io!
Str. Tuum eſt, o fax, mittere multam flammam.

Disc.

1490. In MS. Vatic. V. verſus hic poſtponitur ſequenti. Sic quoque Brunck eo ordine ſecundum membr. et cod. C. poſuit verſus. In cod. B. verſus 1490 eſt plane omiſſus. In cod. regio in Suppl. Brunckii vulgaris ordo verſuum 1490 et 1491 *ἕως ἂν — οἰκίαν, τὸ τέγος* etc. ſeruatur.

1494. *κἂν σφόδρ' εἰσ'*] ſoloecum hoc eſſe pronuntiauit Brunck et edidit e cod. B. *κεἰ σφόδρα γ' εἰσ' ἀλαζόνες*, quamquam haud repudiat lectiones codd. A. C. *κεἰ σφόδρ' εἰσ' ἀλ.* aut ſui cod. *κἂν σφόδρ' ὦσ' ἀλαζόνες*.

v. 1496. *πόλλων φλ.* cod. Elbing.

ΜΑΘ. Ἄνθρωπε τί ποιεῖς; ΣΤΡ. Ὅ, τι ποιῶ; τί δ᾽ ἄλλο γ᾽, ἤ
Διαλεπτολογοῦμαι ταῖς δοκοῖς τῆς οἰκίας;
ΜΑΘ. Οἴμοι, τίς ἡμῶν πυρπολεῖ τὴν οἰκίαν;
ΣΤΡ. Ἐκεῖνος, οὗπερ θοἰμάτιον εἰλήφατε.
ΜΑΘ. Ἀπολεῖς, ἀπολεῖς. ΣΤΡ. Τοῦτ᾽ αὐτὸ γὰρ καὶ βούλομαι,
Ἢν ἡ σμινύη μοι μὴ προδῷ τὰς ἐλπίδας,
Ἢ ᾽γὼ πρότερόν πως ἐκτραχηλισθῶ πεσών.

DISC. Tu homo quid facis? STR. Quid faciam? quid aliud quam
Disputo de subtilibus rebus cum domus huius trabibus.
DISC. Heu! quis nobis incendit domum?
STR. Ille cuius vestem accepistis.
DISC. Perdes nos, perdes. STR. Hoc ipsum enim volo etiam,
Nisi ligo fallat spes meas,
Aut ego aliquo pacto delapsus ceruicem fregero.

1497. τί δ᾽ ἄλλο] Sic edd. Ald. Iunt. Basil. Brubach. Brunck. et Küster, qui veterum editionum lectionem neglexit, in notis laudat illam tamquam meliorem e MS. Vatic. V. nam δ᾽ omissum est in edd. Farreana, Cratand. Raphel. Porti, Frischlin. et reliquis.

1498. διαλεπτολογ.] adludit ad vers. 319, vbi videtur Berglero senex quasi praedixisse illud, quod nunc facit; quum nunc re ipsa στενολεσχεῖ περὶ κάπνου quum domum Socratis incendit. Dicit autem hoc loco, ait Berglerus, διαλωπτολογοῦμαι pro πυρῶσαι διανοοῦμαι, *igni cremare cogito*, quia ignis est λωπτὸν, res tenuis et comminuit atque consumit materiam.

1500. respicit ad id, quod Socrates vers. 497 dixerat: κατάθου θοἰμάτιον.

Versus 1502 citatur a Suida in Ἢν et in cod. regio in Suppl. Br. μὴ προδῷ glossam habet θραυσθεῖσα.

v. 1503. ὠτραχιλισθῶ c. Elbing.

ΣΩΚΡ. Οὗτος τί ποιεῖς ἐτεόν, οὑπὶ τοῦ τέγους;
ΣΤΡ. Ἀεροβατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.
ΣΩΚΡ. Οἴμοι τάλας, δείλαιος ἀποπνιγήσομαι.
ΧΑΙΡ. Ἐγὼ δὲ κακοδαίμων γε κατακαυθήσομαι.
ΣΤΡ. Τί γὰρ μαθόνθ' ὑβρίζετόν γ' εἰς τοὺς θεούς;
Καὶ τῆς Σελήνης ἐσκοπεῖσθον τὴν ἕδραν;

Δίωκε,

Socr. Heu tu qui in tecto es, dic verum, quid facis?
Str. In aëre incedo et ſolem contemplor.
Socr. Hei mihi miſero, ſuffocabor infelix.
Chaer. At ego perditus comburar.
Str. Nam quare contumelia afficiebatis Deos?
Et Lunae ſedem ſpeculabamini?

Pelle,

1505. Illudit Socratem v. 225 ita loquentem.

1507. κατακαυθησ.] conf. Moerin p. 238 ibique Pierſ.

1508. τί γὰρ μαθόνθ' ὑβρίζετον] Cod. reg. in Supplem. Br. τί γὰρ μαθόνθ' ὑβρίζετον εἰς τοὺς θεούς; Atque γ' etiam deeſt in cod. Elbing. Küſterus autem primum auctoritate MSS. Vat. et Arundel. hunc verſum, qui in ſuperioribus editt. ante praecedentem verſum collocatur, in ſedem ſuam reuocauit: idque poſtulat dualis ὑβρίζετον, qui reſpicit Socratem et Chaerephontem, a quibus duo praecedentes verſus proferuntur: tum recepit Biſeti correctionem, quam firmant cod. B, et regius modo laudatus, μαθόνθ', vt reſponderet id duali ſequenti ὑβρίζετον. Vulgo legitur μαθών, nec tamen ſpernit lectionem cod. Vatic. V. quae eſt quoque in membr. et cod. C. apud Br., atque cod. Bauar. (mihique placeret, v. Greg. Corinth. de Dialect. §. XXX. ibique Koen. p. 98.) τί γὰρ μαθόντες τοὺς θεοὺς ὑβρίζετον, id, quod ſane recipi poterat, iudice Brunck. qui tamen ex his omnibus effinxit et edidit τί γὰρ μαθόντ' ἐς τοὺς θεοὺς ὑβρίζετον. At τί μαθὼν apud Atticos idem ſignificat, quod τί παθὼν, (quae formula apud Ariſtophanem ſaepius occurrit,) i. e. *quare*, *quamobrem.* Brunck tamen hic vt in aliis locis pro μαθόντ' legendum eſſe παθόντ' credit.

1509. ἐσκοπεῖσθον cum Brunckio e codd. A. C. edidi pro vulgato ἐσκοπεῖσθε, quam-

Δίωκε, βάλλε, παῖε, πολλῶν οὕνεκα,
Μάλιστα δ' εἰδὼς τοὺς θεοὺς ὡς ἠδίκουν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡγεῖσθ' ἔξω· κεχόρευται γὰρ μετρίως τό γε τήμερον ἡμῖν.

Pelle, iace, feri multis de caussis,
Maxime vero cum scias eorum in Deos impietatem.

CHORVS.

Praeite foras: chorus enim commode nobis hodie quidem est actus.

quamquam huic lectioni haud deerunt patroni, numeris haud raro variatis. ἐσκοπεῖτε τὰς ἕδρας, cum glossa στηρίξεις cod. reg. in Supplem. Brunckii, p. 211. vbi, numerum, ait, pluralem praetulerim. ceteri illius codices habent τὴν ἕδραν, et ipsius codex glossam additam τὴν στήριξιν.

1512. In quibusdam vetustis exemplaribus olim exaratum fuisse τό γε τήμερον εἶναι, patet ex Moeride, qui τήμερον εἶναι, Ἀττικῶς, ὡς Νεφέλαις· — κεχορ. γὰρ μετρίως τό γε τήμερον εἶναι, atque Pierson ad illum locum pag. 364 Aristophani, εἶναι reddendum esse existimat, et formulam hanc loquendi illustrat. Atque εἶναι in ἑκὼν εἶναι, τὸ τήμερον εἶναι et τὸ νῦν εἶναι in primis esse superfluum, docuit Ducker ad Thucydid. IV. 28. Adnotat quoque illum pleonasmum atticum Greg. Corinth. de dialectis p. 29 sq. vbi vide Koenium. — μετρίω cod. Elb. in quo praeterea infra scriptum reperitur:

τὸ τέρμ' ὧδ' ἐστὶ δράματος τοῦ δευτέρου.

Ne *variae* in *Ranis Aristophanis lectiones*, quas cl. *Trendelenburg* e codice Elbingensi diligenter adnotarat, et mecum ope ven. Lengnichii communicarat liberaliter, interirent, hic adiicere eas malui, quam diutius retinere; quibus immiscui varias lectiones e cod. Bauar. ab *Ammonio* meo olim excerptas, et cum ed. Bergleri collatas, ratus, multis lectoribus operam et viri celeberrimi atque humanissimi et meam fore haud ingratam.

ARISTOPHANIS RANAE.

7. *ἐκεῖνο μόνον*] *μόνον δ' ἐκεῖν'* Bauar.
8. *ἀνάφορον*] *ἀνόφρον.* — *μεταβαλλ.*] *μεταβαλομ.* Bauar.
9. *μήδ'*] *μηθ'.*
10. *καθαιρήσει*] — *ρήση* Bauar.
11. *μέλλω 'ξεμεῖν*] *μέλλω ἐξεμεῖν.*
14. *εἰώθε*] *εἰώθε δὲ.*
15. *οἵτινες σκεύη φοροῦσ' ἑκάστοτε* Bauar. — *κωμῳδίᾳ*] *κομῳδια.*
18. *ἐνιαυτῷ* Bauar.
25. *πῶς*] *ὡς.* — *ὀχεῖ*] *ὀχῇ.*
27. *οὗνος*] *ὄνος.*
29. *φερεῖ*] *φερῇ* Elb. et Bauar.
31. *φῄς σ' ὠφελεῖν*] *φῄς ὠφελεῖν.* Scilicet *σ* deest, apostrophus tamen cernitur.
33. *ἐγὼ*] *ἐγώγ'.*
36. *τῆςδε*] *τῆδε.*
38. *κενταυρικῶς*] *κεύταυρικὸν.*
39. *Ενηλαθ' ὅστις*] *Ενηλλ' ὅτις.*
42. *δύναμαι*] *δύναμε.*
47. *κόθορνος*] *κόθρονος.*
48. *ἀπεδημεῖς*] *ἀπεδεμῆς.*
51. *σφῶι* — — *ἐξεγειρόμην* Bauar.
53. *πρὸς ἐμ.*] *παρ' ἐμαυτὸν* Bauar.
55. *πόθος*] *πόθεν* Bauar. idem post. *σμικρός.* — *μικρὸς*] *μακρὸς*; quod praeferendum fere lectioni vulgari putauerim. Bacchus enim dixerat, subito animum eius subiisse desiderium. Tum Hercules facete; *πόθος*; *πόσος τίς*; Iam vnusquisque sane expectat; dicturum esse Bacchum, ingens esse desiderium, qualis est Molo. *ἔστι γὰρ μεγαλόσω-*

λόσωμος ὁ Μόλων. Sed secundum lectionem vulgarem dicit, μικρὸς, pusillum, qualis est Molo; Quod quidem Küsterus contrario sensu dictum esse putat, pro *ingenti*. At, quam frigide! — μακρὸς, ἠλίκος Μόλων, meo quidem sensu, multum praestat. — Hanc lectionem in veteribus nonnullis codicibus iam repertam esse constat ex Scholiaste. Verborum μακρὸς et μικρὸς frequens in libris manu exaratis fuisse videtur permutatio. Sic in Deorum dialogis Luciani, (Dial. K. initio pag. 229. l. 84. ed. Reitz.) pro διὰ μακροῦ reponendum esse διὰ μικροῦ certo fere mihi persuadeo. Mercurius enim iussu Iouis, qui Herculem creaturus rem habebat cum Amphitryonis vxore, Soli annunciat, ne per tres dies oriatur, sed omne trium dierum spatium in vnam cogat noctem. Quare Mercurius Soli, Μὴ ἐλάσῃς τήμερον, inquit, μηδὲ αὔριον, μηδέ ἐς τρίτην ἡμέραν — σβέσον δὲ τὸ πῦρ. καὶ ἀνάπαυε διὰ μακροῦ σέαυτον; quod vulgo interpretantur: extingue ignem, teque recrea quiete *post longum tempus*, i. e. postquam perpetuo et tam diu curru vectus es. Malim autem, legi, διὰ μικροῦ; tum διὰ non *post* esset, sed *per*, et phrasis eo sensu sumenda, quo saepissime occurrit, vt *paullulum* denotet, i. q. δι' ὀλίγου; *extingue ignem et paullulum iam te recrea.* Sic fluere etiam magis videtur oratio. — Ceterum, si quis versus sequentes Aristophanis cum Luciani Dial. Deorum X. p. 227. ed. Reitz. conferre voluerit, vtriusque loci magnam in interrogandi ratione esse similitudinem deprehendet. *Trend.*

57. ξυνεγένου κλεισθένει] συνεγένου τῷ λεισθένει.
61. αἰνιγμῶν] αἰνιγμάτων Bauar.
64. ἢ 'τέρα] ἢ ἕτερα Bauar.
65. περὶ — μανθ.] γὰρ ἔτνους πάνυ μανθ. Bauar.
74. ἄρα] τοῦτ' ἄρ' οὐ γὰρ σαφ' οἶδ' in vno versu, Bauar.
76. Σοφοκλέα] Σοφοκλέους.
77. ἀναγαγεῖν] ἀγάγειν. — εἴπερ] εὔπεργ.
83. ὁ δ'] οὐ δ'. — μ' ἀποίχεται] μ' οἴχετ' ἀγαθὸς — φίλοις, vnus versus, Bauar.
85. ποι] πῇ Bauar.
86. ἐξόλοιτο] ἐξόλετο. — In Bau. ξενοκλέης.
92. στωμύλματα] στολμύματα.
103. καὶ μάλα] καὶ μὰ Δία.
104. κόβαλλα] κόβαλα Elb. et Bauar.
106. παμπ. φαυ.] παμπόνηρα ταῦτα φαυ. Bauar.
108. οὕνεκα — φέρων] ἕνεκα — ἔχων Bau.
109. ἵνα μοι] ἵνα μή.

110. τοὺς σοὺς] τοὺς σοφούς.
112. τούς τε λιμένας φράσον μοι· Bauar.
118. ἀφιξόμ᾽] ἀφιξόμεθ᾽ Bauar.
119. μήτε ἄγαν] μητε ἄγραν, ſed punctis infernis notata eſt vox ἄγραν et ſuperne ſcriptum reperitur ἄγαν.
120. μεν deeſt.
122. πνιγεράν Bauar.
129. κεράμεικον] κεράμικον. In Bau. εἶτα τί loco κἆτα τί.
131. ἐντεῦθεν deeſt.
133. σαυτον] ταυτον.
134. ἐγκεφαλου] ἐγκέφαλον.
141. φεῦ ſeparatim ſcriptum totam ſolum lineam occupat.
142. ἤγαγε] ἤγαγεν.
145. ἀποτρέψεις] addit Bau. τῶν ἐκεῖσε, et poſt παχὺν loco πολύν.
150. ὅρκον deeſt; vt in nonnullis etiam editt.
156. μυῤῥυνῶνας] μυῤῥινῶας.
157. Poſt ἀνδρῶν eſt adhuc καὶ.
161. δέει] δέῃ Elb. δέῃ Bau.
163. οἰκοῦσιν] οἰκοῦσι.
165. στρωματ᾽] στροματ᾽.
168. μίσθωσαί —] μίσθω σέ τινα Bau.
170. ἐὰν δὲ, μὴ ὕρω] ἂν δὲ μὴ εὕρω Elb. et Bauar.
171. ἐκφέρουσι] φέρουσι Elb. et Bau. — νεκρὸν] νένεκρον.
178. ἀναβιῴην] ἀναβιῴμην.
187. καὶ deeſt.
191. εἵνεκα] οὕνεκα.
194. ὀφθαλμιῶν] ὀφθαλμιῶν Elb. τὸν ante Δία abeſt a Bau.
195. Ita ſcriptus reperitur hic verſus:
Οὐκοῦν περιθρέξῃ (ſic quoque in Bau.) τὴν λίμνην δῆτα τρέχων.
197. μάνθανεις; Bacchi perſonae tribuitur.
202. καθεδεῖ] καθεδῇ Elb. et Bauar. ἐνθαδὶ γάστρων] ἐνταυθοῖ γάραστρων.
204. φλυαρήσῃς] φλυαρήσεις Elb. et Bau.
207. ἀκούσει] ἀκούσῃ Elb. et fere vbique ſic Bau.
211. βρεκεκεξ hoc onomatopoëticum ſic ſcribitur in cod. noſtro.
215. φθεγξώμεθ᾽] φθεγγώμεθ.
217. Νησήλον] Νυσκίον Bau.
220. χύτροισιν] χύτραυσιν.
226. μέλει] μέλλει.
236. λίμναις] λύμναις.
238. γ᾽ deeſt.

244. ἐν ἁμέραισιν] ἐᾶ μέρεσιν.
247. πολυκολύμβοις] πολυκολόβοις Bauar.
251. πομφολύγο—] πομφολύγγο—.
259. κεκραξόμεσθα] κεκραξόμεθα.
268. τῶ] τοῦ.
